

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

PHERECYDIS
FRAGMENTA

E VARIIS SCRIPTORIBVS COLLEGIT
EMENDAVIT ILLVSTRAVIT

COMMENTATIONEM
DE PHERECYDE VTROQVE
ET PHILOSOPHO ET HISTORICO

PRAEMISIT

DENIQVE

FRAGMENTA ACVSILAI
ET INDICES

ADIECIT

FRIDERICVS GVILIELMVS STVRZ

GERAE
LITTERIS ET SVMTV ROTHII
CIↃIↃCCLXXXVIIII

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

PHERECYDIS
FRAGMENTA

E VARIIS SCRIPTORIBVS COLLEGIT
EMENDAVIT ILLVSTRAVIT

COMMENTATIONEM
DE PHERECYDE VTROQVE
ET PHILOSOPHO ET HISTORICO

PRAEMISIT

DENIQVE

FRAGMENTA ACVSILAI
ET INDICES

ADIECIT

FRIDERICVS GVILIELMVS STVRZ

GERAE

LITTERIS ET SVMTV ROTHII

CIↃIↃCCLXXXVIIII

LECTORI

S. D.

FRID. GVIL. STVRZ

Etiamſi per nimiam dilationem opuſculi diu promiſſi, quanquam non mea culpa factam, parum aberat, quin, quod moleſtiſſimum mihi acciderat, animus virorum quorundam egregie doctorum, de quorum amicitia mihi inſigniter gratulatus eram, a me alienaretur: tamen ego tantum abeſt vt deſperauerim de recuperando amicorum doctiſſimorum fauore, vt etiam confidam, eos eodem me, quo antea, eſſe amore amplexuros, ſi vel ex me cognouerint, vel ipſa libri mei lectione intellexerint, moram illam non obfuiſſe, ſed profuiſſe meis conatibus. Nam intra hunc annum, et quod excurrit, ex quo dilata fuit editio, non modo in annotationibus quaedam minus recte minusue plene dicta vel emendare potui vel plenius tradere, quanquam in vtroque genere nunc quoque aliorum ſtudiis multa relicta eſſe probe intelligo, ſed licuit etiam, ſaltem obiter, conferre codicem Homeri Lipſienſem et editionem Iliados Villoiſonianam, in quo vtroque libro ſcholia antiqua nunc emendatiora leguntur, nunc magis prolixa, quam in reliquis libris plerisque, quaedam etiam inſunt, quae non habent ceteri. Sed de his qualibuscunque mei operis augmentis malim vt viri me doctiores iudi-

cent. Mihi iam id agendum videtur, vt, qua ratione in illuſtrandis emendandisque operis Pherecydei reliquiis verſatus ſim, paucis oſtendam.

Scilicet ſicubi lectionem corruptam aliquam detexiſſe mihi viderer, etiamſi plane perſuaſum haberem, meliora et certiora a me ſubſtitui poſſe, nolui tamen aliorum iudicium occupare atque praecipere, ſed ſeruata lectione vulgari in textis, emendationem loci propoſui tantum ea qua decet modeſtia in ſubiectis notis, ita vt cuilibet ſuo permitterem gaudere ſenſu. Deinde res ipſas a Pherecyde narratas eo modo tractaui, vt vel eas cum aliorum narrationibus compararem, vel ex aliis ſcriptoribus illuſtrarem et confirmarem, vel etiam, vbi quaedam obſcuritas ineſſet, adhibitis coniecturis, maxime ex hiſtoria vel analogia petitis, magis explanarem, monſtrans ſimul modum, quo hic vel ille mythus oriri probabiliter potuerit. Quibus in rebus, niſi omnibus, certe multis, ſi non prorſus me proſpero ſucceſſu caruiſſe iudicauerint idonei harum rerum iudices atque arbitri, magnum laboris moleſtiſſimi praemium tuliſſe mihi videbor.

Adieci etiam ACVSILAI fragmenta, ſed fere ſemper annotationibus deſtituta, idque eam ob cauſſam, quia et pauca ſunt, certe a me pauca inuenta, et pleraque vel cum Heſiodo conſentiunt, vel iam in explicandis Pherecydeis obiter tractata fuerant.

fuerant. Eadem illa cauſſa, quod pauca omnino nouimus de Acuſilai vita, mouit me, vt nec iis, quae de ea dici potuiſſent, repetendis tempus chartasque vellem perdere.

De Pherecyde vero, tam philoſopho quam hiſtorico, quia plura dici poterant, quam in praeſtantiſſimorum virorum ſcriptis dicta inueneram, omnia, quae quidem eo pertinere viderentur, quanta potuit maxima diligentia collegi. Quo quidem in loco multa mihi repetenda fuiſſe, quae iam alii bene docuerant, res ipſa luculenter declarat. Sed de hoc non magis verendam puto virorum doctorum reprehenſionem, quam de audaculis *) nonnullis conatibus explicandi quaedam in hiſtoria et philoſophia antiqui Pherecydis, quae incerta ſunt et obſcura. In talibus enim debet liberum omnibus eſſe iudicium. Nec ego is ſum, qui meam opinionem vi aliis obtrudere velim, vel contra dicentibus indigner.

Quod ad illos Pherecydis locos attinet, de quibus iam in Hellanico facta eſt mentio, vt p. 5. (t 7. p. 21. 49. 50. 69. 106. 114. 154. eorum nonnullos hic quoque repetendos eſſe putaui, nonnullos vero recte mihi videbar praetermittere poſſe. Vtriusque generis locos lector diligens comparatione inſtituta facile inueniet ipſe.

*) Liceat enim vti hoc Gelliano vocabulo.

Denique conficiendi indicis moleſtias ſubterfugere nolui, certior factus ab amicis compluribus, indicis defectum in Hellanico non parum recto vſui obeſſe.

Praeter haec vix habebam, Lector Beneuole, de quibus agerem tecum, niſi forte illud, quod in praefatione ad Hellanicum iam tetigi, de afferendis et laudandis variis libris et libellis, ad argumentum aliquod ſpectantibus. Sed cum hoc in genere valde dubium ſit an vnquam conſenſuri ſint viri docti, hoc ſemper ſtudui efficere, vt vtilitas aliqua naſci poſſet lectoribus omnis generis. Omnino enim hoc mihi fuit vbique conſilium, vt non ſolum tirones et minus exercitatos aliquo modo iuuarem, ſed etiam doctioribus, ſi qui lectu dignum iudicaſſent meum opuſculum, quaedam non inutilia aut iniucunda in memoriam reuocarem. Sic, vt hoc vtar, p. 11. laudaui multos, et fortaſſis plures, quam opus eſſe videri poſſet, ſcriptores de metempſychoſi Pythagoraea, quanquam non proprie ad Pherecydem pertinentes †): et tamen me non id inepte putabam feciſſe. Praeterquam enim quod e ratione doctrinae Pythagoricae non temere putatur colligi poſſe, quae fuerit Pherecydeae doctrinae indoles, plerique illorum ſcriptorum reſpexerunt ſimul ad Pherecydem; id quod ipſe

†) Minus bene videbar omiſiſſe librum perutilem *Adami Wilh. Franzii:* critiſche Geſchichte der Lehre von der Unſterblichkeit der Seelen, Lubecae 1747. 8. p. 296. ſqq.

ipſe oſtendi ibidem exemplo *Irhouii*. Libro *Scipionis Aquiliani*, de placitis philoſophorum qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt *), vti non licuit.

Ceterum vt a quolibet poſſit intelligi, quid a me praeſtitum ſit in hac fragmentorum collectione, quam non ignoro mutilam adhuc nec omnibus numeris abſolutam eſſe, quidue aliis praeſtandum ſuperſit, non inutile putaui breuem hic indicem ſubiicere illorum ſcriptorum, e quibus non minus ea, quae in praemiſſa commentatione disputata ſunt, quam ipſa Pherecydis fragmenta petii.

INDICVLVS
SCRIPTORVM VETERVM

e quibus vel ea, quae ad vitam vtriusque Pherecydis pertinent, vel ipſius operis Pherecydei reliquiae hauſtae ſunt:

Abulpharagii hiſtoria dynaſtiarum.
Achillis Tatii introductio in Aratum.
Aeliani varia hiſtoria.
Antigonus Caryſtius.
Antoninus Liberalis.
Apollodorus.
Apollonii Dyſcoli hiſtoria commentitia.
Apollonius Technicus ap. Salmaſ. ad Solin.
Apoſtolius.

*) Qui liber non ſolum Venet. 1620. 4. ſed etiam, ni fallor, cum *Bruckeri* notis editus eſt.

Apuleius.
Ariſtoteles.
Athenaeus.
Auguſtinus.
Brunckii analecta veterum poetarum Graecorum.
Chronicon Paſchale.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Damaſcius de principiis.
Diodorus Siculus in excerptis Valeſianis.
Diogenes Laertius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Eratoſthenis cataſteriſmi.
Etymologicum Magnum.
Euſebii praeparatio euangelica.
chronicon.
Euſtathii παρεκβολαὶ ad Homerum.
Freculphi chronicon.
Galenus.
Georgii Cedreni ſynopſis.
Georgii Syncelli chronographia.
Heraclides de politiis Graecorum.
Hermiae irriſio gentilium philoſophorum.
Heſychius lexicographus.
Heſychius Mileſius.
Hippocrates.
Hyginus.
Iamblichi vita Pythagorae.
Ioſephus.
Iſidori origines.

Iuſtinus Martyr.
Lactantius.
Lucianus.
Macrobius.
Marcellini vita Thucydidis.
Marcianus Capella.
Maximus Tyrius.
Origenes.
Pauſanias.
Phauorinus.
Photius.
Plato.
Plinii Hiſtoria naturalis.
Plotinus.
Plutarchus.
Pollucis onomaſticon.
Porphyrii vita Pythagorae.
de antro Nympharum.
Probus ad Virgilii eclogas.
Proclus ad Timaeum.
Q. Serenus Sammonicus.
Scholiaſtes Apollonii Rhodii.
Arati.
Ariſtophanis.
Euripidis.
Germanici Caeſaris.
Heſiodi.
Homeri.
Pindari.
Sophoclis.

Seruius

Seruius ad Virgilium.
Sextus Empiricus.
Sorani vita Hippocratis.
Stephanus Byzantinus.
Stobaeus.
Strabo.
Suidas.
Syneſii encomium caluitiei.
Tatianus.
Tertullianus.
Themiſtius.
Tzetzis commentar. ad Lycophronem.
Chiliades.

E recentioribus, qui ex profeſſo de Pherecyde eiusque vita ſcripſerunt, praeter *Fabricii* bibliothecam graecam, vſus ſum *Voſſii*, *Heinii*, *Salmaſii* et *Tiedemanni* libris, a me p. 2. iam laudatis, ſaepiſſime etiam contuli Ill. *Heynii* notas ad Apollodorum.

COMMENTATIO DE PHERECYDE SYRIO ET ATHENIENSI.

§. 1.

Quod in Hellanico mihi faciendum putaueram, vt fundamenti loco ponerem, quae *Suidas* de eo breuiter collecta exhiberet, idem nunc quoque de Pherecyde placebat. *Suidas* igitur habet haec:

Φερεκύδης, Βάβιος, Σύριος. ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα, πλησίον Δήλου. γέγονε δὲ κατὰ τὸν τῶν Λυδῶν βασιλέα Ἀλυάττην· ὡς συγχρονεῖν τοῖς ζ' σοφοῖς, καὶ τετέχθαι περὶ τὴν μέ Ὀλυμπιάδα. διδαχθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Πυθαγόραν λόγος· αὐτὸν δὲ οὐκ ἐσχηκέναι καθηγητὴν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. πρῶτον δὲ συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσιν· ἑτέρων τοῦτο εἰς Κάδμον τὸν Μιλήσιον φερόντων. καὶ πρῶτον τὸν περὶ τῆς μετεμψυχώσεως λόγον εἰσηγήσασθαι. ἐζηλοτύπει δὲ τὴν

Θάλητος δόξαν. καὶ τελευτᾷ ὑπὸ πλήθους φθειρῶν. ἔστι δὲ ἅπαντα, ἃ συνέγραψε, ταῦτα· Ἑπτάμυχος, ἤτοι Θεοκρασία, ἢ Θεογονία. ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους.

Φερεκύδης Ἀθηναῖος, πρεσβύτερος τοῦ Συρίου, ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. ἔγραψεν Αὐτόχθονας. ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. Παραινέσεις δι' ἐπῶν. Πορφύριος δὲ τοῦ προτέρου οὐδένα δέχεται πρεσβύτερον, ἀλλ' ἐκεῖνον μόνον ἡγεῖται ἀρχηγὸν συγγραφῆς.

Φερεκύδης Λέριος, ἱστορικὸς, γεγονὼς πρὸ ὀλίγου τῆς οέ Ὀλυμπιάδος. ἔγραψε περὶ Λέρου. Περὶ Ἰφιγενείας. Περὶ τῶν Διονύσου ἑορτῶν. καὶ ἄλλα.

Horum omnium perſpicua explicatio et illuſtratio diligens, quanquam et difficilis eſt, et ab aliis iam ex parte fuit tentata, vt a *Salmaſio* a), *Voſſio* b), *Heinio* c), et *Tiedemanno* d), tamen mihi non praetermittenda hoc loco videbatur, vel quia neceſſario quodam vinculo cohaeret cum omnibus quae poſtea dicenda erunt, vel quia in virorum illorum doctiſſimorum de ea disputationibus quaedam animaduertiſſe me putabam, quae minus accurate vel certe minus plene dicta eſſent.

Iam

a) in exercitatt. Plin. ad Solinum, T. II. p. 840-47. ed. Pariſ. 1629. fol. Hic tamen maiorem etiam, quam erat, confuſionem rerum effecit.

b) de hiſtorr. Gr. 1, 1. p. 8. ſq. maxime 4, 4. p. 443-47.

c) diſſert. ſur Pherecyde, Philoſophe de Syre, in Memoires de l' acad. royale des Sciences et belles Lettres de Berlin, 1749. 4. p. 303-40.

d) Griechenlands erſte Philoſophen, von Diet. Tiedemann, (Lipſ. 1780. 8.) p. 153-86.

Iam ad genus primi Pherecydis quod attinet, vocatur ille a *Suida*, vt a *Strabone* e), filius Βάβιος, qui quis fuerit tantum abeſt vt conſtet, vt ne nominis quidem ſcriptura ſatis certa ſit. Nam *Alexander* Polyhiſtor f) eum vocaſſe legitur Βάδυα. Horum locorum cum loco *Euſtathii* g), vbi Pherecydes dicitur ὁ Βαβυλώνιος, comparatione motus eſt *Voſſius*, vt veram ſcripturam in *Suidae* et *Diogenis Laertii* locis putaret Βάβυος, in *Euſtathio* quoque reponendam. Quam quidem viri acuti criſin mihi valde placere fateor, etſi de loco *Euſtathii* alia vera videri poſſe infra patebit. Pherecydes igitur patre vſus eſt Babye, et gente fuit *Syrius*, h. e. ortus ex inſula Syro, quae eadem et Σύρα vocabatur, vt eſt apud *Suidam* atque *Heſychium Mileſium* h) et Συρία, quod nomen praeter *Homerum* i) habet *Euſebius* k): quales locos in mente videtur habuiſſe *Grotius* l). Sed de hoc Syrii nomine magna oriri poſſit controuerſia. Quanquam enim Pherecydes philoſophus a pleriſque *Syrius* appellatur, etiam ſimpliciter ὁ Σύριος, ſine nomine Pherecydis m): non tamen deſunt

e) 10, p. 487. B. ed. *Caſaub.*
f) ap. *Diog. Laert.* 1, 116.
g) ad Odyſſ. *o*, p. 1787, 17. ed. Rom.
h) de vitis philoſophorum p. 47. ed. *Plantin.* Antuerp. 1572. 8.
i) Odyſſ. *o*, 402. cf. *Euſtath.* l. l.
k) praep. euang. 10, 3. p. 465.
l) ad Matth. 7, 6.
m) ap. *Maxim. Tyr.* diſſ. 10, 4. Poſſit etiam huc referri locus *Galeni* in *Hippocratis* epidem. 2, 5. T. IX. opp. p. 156. A. ed. *Charter.*

loci ſcriptorum veterum, in quibus vel *Syrus* vel *Aſſyrius* dicitur. Facillimum quidem eſſet, ſimpliciter dicere a librariis tales locos eſſe corruptos. Verum quia non dubito quin appellatio illa, quamuis falſa et verae hiſtoriae contraria, profecta ſit ab auctoribus ipſis, cauſſas ſententiae meae et argumenta afferenda eſſe intelligo. Scilicet *Syrus* vocatur Pherecydes a *Cicerone* n), *Luciano* o), *Auguſtino* p), *Iſidoro* q), *Marciano Capella* r), *Photio* s), *Achille Tatio* (v. infra §. 8. not. b.) et *Iohanne Tzetza* t). Iam etiamſi concedere velim, apud Ciceronem et Iſidorum et Capellam et Photium hoc tribui poſſe librariorum negligentiae, praeſertim cum etiam ipſum Pherecydis nomen male in Iſidoro ſcribatur *Pherecides*: tamen de reliquorum locis idem recte fieri nego. Nam *Lucianus* quidem, ipſe Syrus, videtur ſuae genti vindicare voluiſſe nobiliſſimum philoſophum, quanquam, vt infra videbimus, in hiſtoricis eum commemorat; *Auguſtinus* diſerte inter ſe opponit Graecos et Syrum Pherecidem; et *Tzetzes* quin τοῦ Σύρου Φε-

ter. vbi commemoratur γραφεὺς ὁ ἐν Σύρῳ. Sed γναφέως ibi legendum eſſe docebitur infra §. 5.

n) Tuſc. 1, 16. in antiquis quidem editionibus.

o) de macrobiis, T. II. p. 474. ed. *Graeu.*

p) contra Acad. 3, 17. T. I. opp. p. 218. E. ed. Benedictin.

q) origg. 1, 37. 38.

r) de nuptiis philologiae et Mercurii, 2, p. 36. et 41. Vtroque loco deeſt Pherecydis nomen.

s) Cod. 279. ex *Helladio*, p. 870. ed. *Hoeſchel.*

t) Chiliadd. 11, 77. vbi de Pythagora:
σὺν τῷ Θαλῆ κατήκουσε τοῦ Σύρου Φερεκύδους.

Φερεκύδους ſcripſerit, non τοῦ Συρίου, plane nos dubitare vetat metrica ſcribendi ratio, qua vſus eſt. Scripſit enim verſibus politicis. Accedit quod ab eodem *Tzetza* u) et ab *Auguſtino* w) diſerte Pherecydes vocatur Aſſyrius, ita vt hic etiam ſatis inepte et ridicule ad Pherecydem trahat notum illum *Virgilii* locum x): „Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.“ Vnde fortaſſis locus *Euſtathii*, in quo Pherecydes appellatur ὁ Βαβυλώνιος, etſi e *Strabonis* loco indicato exſcriptus eſt, non ſolicitandus poſſit videri. Hoc ſaltem certum puto, in *Tzetza* non cum *Voſſio* p. 447. legi debere τοῦ Συρίου. Magis cum illo metri genere conuenit *Salmaſii* p. 843. B. emendatio: τοῦ δὲ Συρίου. Sed haec, propter Auguſtini locum, ſaltem non neceſſaria eſt. Iam vero Aſſyriam et Syriam promiſcue olim dictam fuiſſe, docet praeter multos alios y) inſignis

u) Chill. 2, 869. ſq.
Θαλῆς σοφὸς Μιλήσιος, εἷς τῆς σοφῶν ἑπτάδος,
τοῦ Ἀσσυρίου μαθητὴς ὑπάρχων Φερεκύδους.

w) epiſt. 137. (all. 3.) T. II. p. 308. E.

x) ecl. 4, 25. *Virgilium* enim in hac ecloga tanquam verum vatem ceciniſſe ſublimius aliquod argumentum, atque adeo de Ieſu naſcituro, multi olim et recentioribus temporibus opinati ſunt. v. quos laudat *Fabricius* biblioth. lat. T. I. p. 308. ſq. ed. *Erneſt.*

y) *Herodot.* 7, 63. Ἀσσύριοι --- ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι· ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν. *Schol. Apollon.* 2, 948. Ἀσσυρία --- ἐκαλεῖτο πάλαι Συρία, διὰ τὸ τὸν Ἅλυν ποταμὸν μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων

quidam locus *Meleagri* z), e quo aliisque α) videtur etiam ratio reddi posse, cur Τύριος nominetur Pherecydes a *Georgio Cedreno* β), quod ipsum quoque Pythagorae accidisse *Eusebius* testatur γ). Quanquam ego quidem apud *Cedrenum* Τύριος, malim in Σύριος mutare.

§. 2.

Pergit *Suidas* ad Pherecydis aetatem, eumque vixisse dicit Alyattis temporibus, regis Lydorum, atque adeo aequalem fuisse septem sapientibus, et natum circa Olympiadem XXXXV. Sed de hac quoque vitae Pherecydis parte dissensio est. Multo recentiorem eum esse Homero et Hesiodo, et περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας (h. e. tum demum, cum iam tempora computari solerent ad Olympiadas) vixisse, tradit *Clemens Alexandrinus* a). Multo

γόνων ῥέοντα εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκδιδόναι πόντον. cf. *Iustin.* 1, 2. extr.

z) in Cel. *Brunckii* analectis T. I. p. 37. n. CXXVII.
Νᾶσος ἐμοὶ θρέπτειρα Τύρος· πάτρα δ' ἐμὲ τεκνοῖ
Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις. ---
Εἰ δὲ Σύρος, τί τὸ θαῦμα; ---

α) v. c. *Virgil.* Ge. 2, 465. --- Assyrio fucatur lana veneno. Hic enim per Assyrium venenum intelligi φάρμακον s. colorem purpureum, atque adeo *Tyrio*, non *Assyrio*, proprie dicendum fuisse, quilibet facile videt, coll. *Ouid.* metamm. 11, 166. etc.

β) in synopsi historiarum T. I. p. 94. B.

γ) praep. euang. 10, 4. p. 470. D.

a) stromm. 1, p. 323. B. quem locum exscripsit *Euseb.* praep. euang. 10, 13. p. 500. A.

Multo antiquiorem Heraclito facit *Origenes* b). Ad Olympiadem LVIIII. eum refert *Diogenes Laertius* c). Regnante Romae Seruio Tullio eum fuiſſe dicunt *Cicero* d) et *Freculphus* e). Circa tempora Polycratis regis Samiorum, Amaſidis regis Aegypti, et Cyri maioris f) et Croeſi, atque adeo ſeptem ſapientum aetate floruiſſe innuit *Tzetzes* g). Paullo ante vel circa illud tempus, quo Iudaei vel in Aegypto vel in Babylonia exules fuere h), ponit eum *Euſebius* i). Omnes igitur conſentiunt, eum valde vetuſtum eſſe. Vnde etiam antiquus vocatur a *Cicerone* l. l. et ὁ παλαιὸς a *Plutarcho* k). Neque ita discrepant omnium horum ſcriptorum rationes, quin veriſimile putandum ſit, eum vere intra Olymp. XXXXV. et LVIIII. vixiſſe. cf. *Tiedemann.* p. 155. Sed *Iſidorus* l) Pherecydem claruiſſe

b) contra Celſ. 6, p. 303. ed. *Spencer.* Cantabr. 1677. 4.

c) 1, 121.

d) Tuſc. 1, 16.

e) chronic. Tom. I. 3, 17. p. 140. ed. *Commelin.* 1597. 8.

f) Cyri temporibus claruiſſe Pherecydem, auctorem fabularum, praeceptorem Pythagorae, dicit etiam *Abulpharagius* in hiſt. dynaſtiar. p. 82. ed. *Pocock.* Oxon. 1663. 4.

g) Chill. 11, 71. ſqq. cf. *Euſtath.* ad Odyſſ. *o*, p. 1786, 50. *Plin.* H. N. 7, 56.

h) de qua calamitate v. 2 Regg. 23, 29. ſqq. 24, 1. ſqq.

i) praep. euang. 10, 4. p. 470. D.

k) de facie in orbe lunae, T. II. opp. p. 938. B. ed. *Wechel.*

l) origg. 1, 41.

iſſe auctor eſt poſt Herodotum, iis temporibus quibus Eſdras legem conſcripſit; quae computandi ratio manifeſto declarat, ab *Iſidoro* intellectum fuiſſe Pherecydem Athenienſem, hiſtoricum. qua de re plura dicentur infra §. 10. Quod vero *Begerus* m) Pherecydem Syrium dicit Olymp. XXVIIII. floruiſſe, id vel nimiae oſcitantiae aut feſtinationi, vel operarum aut ſcribendi vitio tribuendum arbitror.

§. 3.

Quod mox dicit *Suidas*, Pherecydem Pythagorae magiſtrum fuiſſe, id confirmatur a plurimis ſcriptoribus *a*). Vnde vero noſter ipſe ſapientiam ſuam acceperit, non eadem omnium ſententia eſt. *Suidas* quidem negat eum doctore vſum eſſe, ipſum potius dicit ſua induſtria atque diligentia ſe eruditiſſe, nactum libros arcanos Phoenicum. Quod quam ineptum ſit ſtatuere, quanquam ita ſentiunt *Clemens*

m) in ſpicilegio antiquitatis p. 139.

a) vt *Cic.* Tuſc. 1, 16. et de diu. 1, 50. *Greg. Abulpharagio* l. l. *Androne Epheſio* ap. *Diog. Laert.* 1, 119. *Plinio* H. N. 2, 79. *Clem. Alex.* ſtromm. 1, p. 300. C. *Tatiano* orat. contr. Graecos p. 246. A. ed. Benedict. ad calcem *Iuſtini Martyris*, Pariſ. 1742. fol. cf. p. 265. B. *Euſeb.* praep. euang. 10, 4. p. 470. D. *Diogene Laert.* 8, 2. *Iamblicho* vit. Pythag. §. 9. 11. 184. 252. *Porphyrio* vit. Pythag. §. 1. 2. 55. *Auguſtino* ll. ll. *Aeliano* V. H. 5, 2. *Lactant.* 7, 8. *Apuleio* Florid. p. 351. ſq. ed. *Elmenh. Euſtath.* p. 1786, 51. cf. *Beger.* ſpicileg. antiqu. p. 136.

Clemens Alexandrinus b), *Philo Byblius c)*, *Heſychius Mileſius* et *Euſtathius* ll. ll. bene oſtendit *Tiedemannus* p. 157. Multo ineptius eſſet, ſi quis cum *Iſidoro*, Baſilidis Gnoſtici filio *d)*, eum e Chami prophetia profeciſſe diceret *e)*. Aeque improbabile eſt, quod *Diogenes Laertius* narrat *f)*, eum Pittacum audiuiſſe. Qua de re non opus eſt vt plura dicantur poſt *Heinium* p. 306. et *Tiedemannum* p. 156. qui idem p. 158. de eorum opinione exponit, qui e verbis *Suidae*: ἐζηλοτύπει δὲ τὴν Θάλητος δόξαν, colligere voluerunt, eum Thaletis discipulum fuiſſe. Vanam hanc opinionem e linguae inſcitia patet natam eſſe. Nam verba illa cum *Heinio* p. 303. et 307. explicanda ſunt de aemulatione, qua incitatus Pherecydes ad eandem, quam Thales aſſecutus erat, laudem et gloriam peruenire ſtuduerit *g)*. Poteram etiam huc referre locos *Tzetzae* ſupra iam indicatos, qui, quia Thaletem faciunt discipulum Pherecydis, plane refellere poſſe videantur opinionem paullo ante propoſitam. Sed cum ſcirem, hanc *Tzetzae* rationem ferri nullo modo poſſe propter aetatem Thaletis, qui quadraginta fere annos Pherecyde antiquior eſt, vti iis nolui. --- Magis vera, ſaltem ex

b) ſtromm. 1, p. 300. D. et 6, p. 643. C. vbi tamen etiam Pythagorae et Thaletis praeceptores ignorari dicit.

c) e *Sanchuniathone* ap. *Euſeb.* praep. eu. 1, 10. p. 41. D.

d) ap. *Clem. Alex.* ſtromm. 6, p. 642. A.

e) v. omnino *Heinius* p. 308- 10.

f) 1, 116.

g) *Diog. Laert.* 2, 46. diſerte: ἐφιλονείκει Θάλητι Φερεκύδης.

ex parte, videtur *Ioſephi h*) ſententia eſſe, quo auctore Pherecydes Syrius et Pythagoras et Thales ab omnibus Graecis dicebantur fuiſſe Aegyptiorum atque Chaldaeorum discipuli. Etſi enim non certo conſtet, Pherecydem ad Chaldaeos iter feciſſe diſcendi cauſſa, niſi quis hinc velit ortum putare cognomen Βαβυλώνιος, dubitari tamen vix poteſt de peregrinatione eius in Aegyptum ſuscepta, tum eas ob cauſſas, quas *Tiedemannus* p. 157. attulit, et quibus infra §. 9. a me plures addentur, tum etiam ob locum *Georgii Cedreni* paullo ante indicatum, qui *Tiedemanni* diligentiam fugerat *i*). *Heinius* quidem p. 310-12. *Huetium* k) ſecutus, ex ipſis Moſis libris, per mercatores Phoenicios in inſulam Syrum delatis, ſapientiam ſuam hauſiſſe exiſtimat, eamque in rem praeter alia affert locum *Iuuenalis l*), vnde appareat, linguam Phoeniciorum ſiue Cananaeorum incognitam fuiſſe ple-

h) contr. Apion. 1, p. 1034. E. quem locum in libros de praep. euang. transtulit *Euſeb.* 10, 7. p. 478. B.

i) Verba ſunt: ὡς Ἕλληνες ἱστοροῦσι, καὶ Φερεκύδης ὁ Τύριος, καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος, πρὸς τούτους (Aegyptios) ἐξεδήμησαν, θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν ἀκριβεστέραν μαθήσεσθαι παρ' αὐτῶν ἐλπίσαντες.

k) *Heinius* laudat *Huetii* demonſtr. euang. propoſ. 4. cap. 7. Sed in prima ſaltem et ſecunda Huetiani operis editione nihil de Pherecyde nominatim reperire potui.

l) ſat. 14, 101. ſq.
Iudaicum ediſcunt, et ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.

plerisque populis vicinis, atque adeo libros Moſaicos recte vocari potuiſſe ἀπόκρυφα βιβλία. Eadem quoque fuit *Guilielmi Irhouii* m) opinio. Sed cum eius vanitatem dudum demonſtrauerint viri docti, in his peculiari libello *Theophilus Wernsdorffius* n), ne verbum quidem ad eam refutandam addendum putaui.

§. 4.

Merita Pherecydis duo tantum commemorat *Suidas*, quorum prius eſt, quod quibusdam auctoribus primus ſcripſerit oratione proſaica. In qua Lexicographi traditione non niſi de rebus philoſophicis intelligendum eſſe vocabulum συγγραφὴ, videtur apparere ex aliis eius locis a), et e *Diogene Laer-*

m) in opere de palingeneſia veterum ſiue metempſychoſi, (Amſt. 1733. 4.) lib. 2. cap. 2.

n) in diſſ. de metempſychoſi veterum non figurate ſed proprie intelligenda (Viteb. 1741. 4.) p. 36. Praeter hos cf. *Ambroſ. Rhodii* dial. de transmigratione animarum Pythagorica, Hafn. 1638. 8. *Paganin. Gaudentius* de Pythagoraea animarum transmigratione, Piſis 1641. 4. *Caſp. Loeſcher* de metempſychoſi Pythagorica, Lipſ. 1666. 4. *Eberh. Dau. Hauber* de metempſychoſi Pythagoraea, Vlm. 1724. *Ioh. Ad. Hartmanni* metempſychoſis Pythagorica ab imputationibus abſurdis liberata, Marb. 1733. 4.

a) Ἑκαταῖος Μιλήσιος --- πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. Eadem repetit *Suidas* in v. ἱστορῆσαι et συγγράφω.

Laertio b), qui *Theopompum* ſecutus philoſophum noſtrum ait πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι. *Plinius* c) tamen ſimpliciter: „proſam, inquit, orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit.“ Conſentiunt item hac de re *Apuleius* l. l. *Iſidorus* d), inprimisque *Strabo* e) et ex eo *Euſtathius* f), qui ita deſcribunt, vt appareat, Pherecydem non a poetica, ſed a metrica tantum oratione receſſiſſe. Vnde cauſſa perſpici facile poteſt, cur *Maximus Tyrius* in loco ſupra iam allato dixerit: τοῦ Συρίου τὴν ποίησιν σκόπει. Sed *Freculphus* l. l. dicit, eum hiſtoriarum inuentorem haberi, et *Iſidorus* alio quodam loco g) meminit ſententiae quorundam, qui putauerint, Pherecydem Syrum primum apud Graecos verſibus hexametris ſcripſiſſe. Hoc quidem quam ineptum ſit, videtur ita manifeſtum eſſe, vt verbis non ſit opus. Freculphus autem nec per ſe magnae auctoritatis eſt, et refellitur locis reliquorum ſcriptorum, quibus iungi poteſt locus *Origenis* h), vbi narrat, quae Celſus dixerat, Linum, Muſaeum, Orphea, Pherecydem, Zoroaſtren, et Pythagoram ἐς βίβλους καταθέσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, et paullo poſt primo quidem discernit τὰ Λίνου καὶ Μουσαίου καὶ Ὀρφέως ποιήματα et Φερεκύδου τὴν γραφήν (fort. legendum συγγραφήν,) ſed mox de hac ita loquitur,

b) I, 116.
c) H. N. 7, 56.
d) origg. 1, 37.
e) 1, p. 18. A. B. Verba ipſa exſcripſi iam in praefat. ad *Hellanic.* p. XV. ſq.
f) ad Jl. α, p. 9.
g) origg. 1, 38.
h) contra Celſ. 1, p. 14. ſq.

tur, vt praeter praecepta quaedam ethica videatur intelligere allegorias et fictas hiſtoriolas. Quod ſtatim addit *Suidas*, alios hoc inuentum tribuere Cadmo Mileſio, id non ſatis recte dictum arbitror. *Plinius* enim l. l. diſerte tradit, Cadmum Mileſium primum condere inſtituiſſe hiſtoriam. e quo loco explicandus eſt eiusdem *Plinii* locus alius *i*), vbi Miletum negat fraudandam eſſe ciue Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit. Itaque certum putari poteſt, Pherecydem primum philoſophorum deſeruiſſe metricam ſcribendi rationem. Alia quaeſtio eſt, quis primus fuerit hiſtoricus, quae, cum vix commode poſſit ſolui *k*) nec huc admodum pertineat, recte a me poteſt praetermitti. Hoc vnum addidiſſe ſufficiet, etiam eos ſcriptores, qui merito alias magnis laudibus tolluntur, vt *Strabonem* l. l. quem deinde *Suidas*, *Euſtathius* et *Freculphus* ſecuti ſunt, nullo modo a crimine confuſi Pherecydis philoſophi cum hiſtorico abſolui poſſe. De qua ſolemni Pherecydarum inter ſe confuſione plura poſthac dicere conſtitui.

Alterum, quod Pherecydi tanquam inuentori a *Suida* et *Heſychio Mileſio* tribuitur, eſt dogma de metem-

i) H. N. 5, 29.

k) Nam ap. *Clem. Alex.* v. c. ſtromm. 6, p. 629. A. dicitur *Eumelus Corinthius*, qui Olymp. VIII. floruit, τὰ Ἡσιόδου μεταλλάξαι εἰς πεζὸν λόγον. quanquam ego quidem plane non dubito, quin *Clemens* recentiorem aliquem Eumelum intellexerit, eumque hiſtoricum. cf. *Groddeck* über die Argonautica p. 95. in Biblioth. der alt. Litteratur u. Kunſt, II. Stück. Götting. 1787. 8.

metempſychoſi. In quo vtrum errauerint hi duo ſcriptores, an vera tradiderint, non facile eſt definire. Si tamen, quae mea ſit ſententia, dicere licet, putem ego non temere eorum narrationem reiiciendam eſſe. Verum quidem eſt, reliquos ſcriptores veteres fere omnes Pherecydem dicere dogmatis de animi immortalitate auctorem. Ita narrat rem *Cicero l*), *Auguſtinus m*), *Lactantius n*) et vt videtur *Marcianus Capella o*). Sed vix tamen videtur poſſe dubium eſſe, quin intelligendum ſit dogma de metempſychoſi. Vt enim neminem facile negare puto, in vniuerſum hoc dogma cum illa de animorum immortalitate doctrina ab antiquis philoſophis ſaepe confuſum fuiſſe: ita ſpeciatim ſententia mea non repugnat iis, quae de Aegyptiorum hoc in genere placitis ſcimus p), a quibus

l) Tuſc. 1, 16.

m) locis ſupra laudatis.

n) 7, 7. 8.

o) de nuptiis philol. et Merc. 2, p. 36. Locus ſatis obſcurus eſt hic: „Philologia ex „aromate praeparato acerraque propria Atha„naſiae primitus ſupplicauit, matrique eius „gratiam multa litatione perſoluit, quod nec „Vedium cum vxore conſpexerit, ſicut ſuade„bat Etruria, nec Eumenidas ad Chaldaea mi„racula formidauit, nec igne vſſerit, nec „lympha ſubluerit, nec animae ſimulacrum „Syri cuiusdam dogmate verberarit.“ *Grotius* ad h. l. Pherecydem, inquit, innuit, qui animae immortalitatem docuerat.

p) Sic v. c. *Herodotus* 2, 123. *πρῶτοι καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἰσὶ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου*

quibus Pherecydem veriſimiliter ſua accepiſſe vidimus ſupra. Accedit, praeter alia quae §. 5. tradentur, locus quidam *Tatiani q*), in quo etiam alius locus *r*) ad metempſychoſeos inprimis doctrinam refertur a viris doctis. Videtur igitur Pherecydes primus ad Graecos transtuliſſe hanc de animorum migratione ſententiam, quanquam *Irhouius* l. l. omnibus viribus id egit, vt Pherecydem ab ea demonſtraret alienum fuiſſe.

§. 5.

Quae *Suidas* porro dicit de mortis genere, quo obierit Pherecydes, ea in vniuerſum a pleriſque confirmata reperiuntur. Etſi enim ex *Hermippi* narratione *a*) Pherecydes, qui in bello, quod inter Epheſios et Magnetas gerebatur, Epheſii vt victores eſſent optaret, cum praetereuntium aliquem, cuias eſſet, interrogaſſet, et ille ſe Epheſo oriundum oſtendiſſet, ab eo poſtulaſſe dicitur, vt ipſum cruribus prehenſum in Magnetum regionem traheret, poſt victoriam ibidem ab Epheſiis ſepe-

που ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται. etc. cf. *Clem. Alex.* ſtromm. 6, p. 618. B.

q) orat. contr. Graec. p. 265. B. Πυθαγόρας, Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησίν, (cf. infra fr. LXXIII.) καὶ τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστί. Ita legendus eſt hic locus. v. not. r.

r) ibid. p. 246. A. γελῶ τὴν Φερεκύδους γραολογίαν, καὶ τοῦ Πυθαγόρου τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν.

a) ap. *Diog. Laert.* 1, 118.

ſepeliendum, quo nuncio accepto aduenerint etiam poſtridie Epheſii, et victis Magnetibus Pherecydem, qui interea mortuus eſſet, ſepeliuerint magnifice; etſi item alii *b*) Pherecydem dicunt Delphos veniſſe, ibique ſe de monte Coryceo praecipitem dediſſe; etſi denique *Plutarchus c*) famam quandam, quae Lacedaemone lata fuerit, commemorat, e qua Spartani Pherecydem interfecerint in rei publicae ſalutem, eorumque reges oraculum aliquod ſecuti pellem occiſi philoſophi diligenter cuſtodierint: tamen haec omnia videntur fide indigna eſſe, quia reliqui ſcriptores fere omnes eadem vel ſimilia narrant ac a *Suida* tradita vidimus, vt *Ariſtoteles d*), *Plutarchus e*), *Pauſanias*

b) eod. loco, vbi tamen *Diogenes* plane tacet de eorum nominibus et fide hiſtorica.

c) in Pelopida T. I. p. 289. A. Ferebatur haec fama a vatibus nonnullis et ducibus Pelopidae: *Φερεκύδην τὸν σοφὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀναιρεθέντα, καὶ τὴν δορὰν αὐτῦ κατά τι λόγιον ὑπὸ τῶν βασιλέων φρουρουμένην.*

d) hiſt. animall. 5, 31.

e) in Sylla T. I. p. 474. F. qui etiam aliis in locis huc alludit, vt adu. Stoicos T. II. p. 1064. A. Stoici *Ἡρακλείτῳ φασὶ καὶ Φερεκύδῃ καθήκειν ἂν εἴπερ ἠδύναντο τὴν ἀρετὴν ἀφεῖναι καὶ τὴν φρόνησιν, ὥστε παύσασθαι φθειριῶντας καὶ ὑδρωπιῶντας.* Sic in lib. quo oſtendit, non poſſe ſuauiter viui ſecundum Epicurum, T. II. p. 1089. F. negat ſe exprobrare velle Epicureis morbos, cum ſciat, *καὶ Φερεκύδην καὶ Ἡράκλειτον ἐν νόσοις χαλεπαῖς γενομένους.*

nias f), *Heraclides g*), *Antigonus Caryſtius h*), quidam apud *Laertium* 1, 118. *Iamblichus i*), *Porphyrius k*), *Photius* ex *Helladio* l. l. *Heſychius Mileſius* l. l. *Aelianus l*). Horum plerique non ſolum Pherecydem hoc peſſimo morbo periiſſe dicunt, ſed etiam Alcmanem poetam et Syllam dictatorem, item Acaſtum, Peliae filium, et Callifthenem Olynthium, aliosque. Φθεῖρες autem illae quales fuerint, *Kuhnius* oſtendit *m*), nempe vermiculi e nimio humore et concretis ſordibus inter cutem et crinem nati, quos a pedibus recte vocare poſſumus *pediculos*, quanquam *Plinius n*) et *Apuleius o*) Pherecydem dicunt copia ſerpentium, h. e. animalium repentium, ex corpore eius erumpente exſpiraſſe. Eodem enim modo apud *Diodorum Siculum p*) φθεῖρες et ἑρπετὰ videntur eſſe ſynonyma. Dum igitur hoc morbo laboraret philoſophus, a multis dicitur ad eum veniſſe Pythagoras, eum curaturus, cui tamen non magis quam aliis amicis videre eum licuerit. Pherecydes enim, qui

f) 1, 20. p. 48.
g) de politiis Graecorum, ap. *Gronou.* T. VI. p. 2827.
h) hiſt. mirab. c. 95.
i) vit. Pythag. §. 184. 252.
k) vit. Pythag. c. 55.
l) V. H. 4, 28. et 5, 2.
m) ad *Aelian.* V. H. 4, 28.
n) H. N. 7, 51.
o) Florid. p. 351. ſq. ed. *Elmenhorſt.*
p) 3, 29. quem locum iam ante me hic aptum eſſe obſeruauit *Hieron Mersurialis* varr. lectt. 5, 6.

qui ſciret, corpus ſuum per phthiriaſin valde deforme factum eſſe, ſi qui eſſent, qui quomodo valeret percontarentur, per fores digitum carne nudatum exeruiſſe traditur, adiectis verbis χροΐ δῆλον ſ. χρωτὶ δῆλα, h. e. valetudo mea quae ſit, ſatis cutis demonſtrat, quae verba poſthac apud philoſophos *q*) acceperunt vim prouerbii, cuius vſus eſſet in ſummo periculo, in maxima calamitate *r*). Pythagoram etiam narrant ſuam in magiſtrum pietatem eo declaraſſe, quod eum mortuum humaret *s*). Haec quidem eſt maxime vulgaris de morte Pherecydis narratio, etiam a recentioribus viris doctis credita, vt videtur, ſaltem ſaepe repetita. Sed cum neque de ipſo morbi et mortis genere conſentire viderimus veteres omnes, neque de loco in quo ſepultus ſit Pherecydes, quem alii *t*) inſulam Delum fuiſſe dicunt, alii *u*) Samum, alii deni-

q) Nam etiam apud *Laertium* l. l. legendum eſt παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, cum vulgo legatur φιλολόγοις.

r) v. *Diog. Laert.* 1, 118. *Apoſtolius* prouerbb. 20, 87. *Suid.* in χροΐ δῆλα, *Aelian.* V. H. 4, 28. *Syneſ.* encom. caluitiei p. 85. C. ed. *Petau.* Pariſ. 1640. fol. cuius locum laudat *Suidas* in v. ἐπηλυγάζονται. Quin ab ipſo *Xenophonte* cyneg. 5, 31. huc alluſum fuiſſe non improbabiliter exiſtimat *Zeunius*.

s) v. *Laert. Apuleius*, *Iamblichus* ll. ll. *Porphyr.* §. 15. *Diodor. Sic.* in excerptis Valeſ. p. 242.

t) *Diogenes Laertius*, *Aelianus*, *Diodorus*, *Iamblichus*, *Porphyrius* in locis modo indicatis.

u) vt *Heraclides* in *Gronouii* theſ. antiquu. Gr. T. VI. p. 2827. E.

denique *w*) ipſam inſulam Syrum, neque de tempore quo idem mortuus ſit *x*): parum abeſt quin veriſſima omnium putem, quae *Hippocrates* de Pherecydis morbo nobis tradidit *y*). Scilicet ex

 eius

w) *Maximus Tyrius* diſſ. 13, 4. νοσεῖ σῶμα, καὶ ταράττεται, καὶ φθείρεται· ἀλλ' ὃν ἐπιστήσῃς αὐτῷ ψυχὴν ἐρρωμένην, ἀμελεῖ τῆς νόσου, καὶ ὑπερφρονεῖ τοῦ κακοῦ. Ὡς Φερεκύδης ὑπερεφρόνει ἐν Σύρῳ κείμενος, τῶν μὲν σαρκῶν αὐτῷ φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἑστώσης ὀρθῆς, καὶ καταδοκούσης τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ δυσχρήστου τούτου περιβλήματος.

x) v. *Tiedemann* p. 165. ſq.

y) epidem. 7, 101. T. VIII. p. 586. ed. *Charter.* in qua editione cum valde corruptus legatur locus, ſecutus fere ſum lectiones in editione opp. *Hippocratis* ab *Ioh. Antonide van der Linden* curata (Lugd. Bat. 1665. 8. 2 voll.) T. I. p. 863. ſq. in textum receptas, quamuis non vertendo expreſſas. Appoſui autem ipſa verba Graeca, vt ſicubi minus recte ſenſum aſſecutus eſſem, quippe in re minus mihi familiari, facilius a lectoribus peritioribus poſſet corrigi: Φερεκύδη μεθ' ἥλιον τροπὰς χειμερινὰς τῆς νυκτὸς πλευροῦ δεξιοῦ ἄλγημα, καὶ πρότερον εἰθισμένον, ἔληξεν. ἠρίστησεν. ἐξελθὼν ἔφριξε. πυρετὸς ἐς νύκτα, ἀνώδυνος. βηχίον ῥέον τι ξηρόν. οὖρα οὐ (haec particula, etſi abeſt in ed. *Lind.* non mihi ſuperflua videbatur) πολλὰ, ὑπόστασις πολλή. ξυσματώδεα, μαδαρὰ, διεσπασμένα, ἀπ' ἀρχῆς· μετὰ δὲ τέσσαρας θολερὰ ὑφίστατο. Δευτέρῃ (*Charter.* male καὶ) τὸ οὖρον οὐκ ἄχροον,

eius narratione poſt ſolſtitium hibernum nocte Pherecydes liberatus fuit a dextri lateris doloribus, quibus

ἄχροον, ὑπόστασιν ἔχον, καὶ τὸ ξύστημα (*Chart.* σύστημα) οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ, ψύξιος ἐούσης. Τριταίῳ αὐτομάτη κοιλίη ὑπῆλθε. Τετάρτῃ, βαλάνου γεγονότος, κοπρώδεα καὶ χολώδεα διεχώρησεν. ὑγρὸς περίῤῥοος. ὕπνος ἐς νύκτα οὐ πάνυ, ἡμέρης δέ τι ἐκοιμᾶτο. δίψα οὐ σφοδρή. τεταρταίῳ, μάλιστα ἐς νύκτα, δέρμα περὶ μέτωπον καὶ τὸ ἄλλο σῶμα (Hoc nomen in *Chart.* deeſt) μαλθακὸν ὑπερεφέρετο αἰεί. (*Chart.* ὑποφέρειν ἀεί. *Lind.* ὑπεφέρετο ἀ.) πυρετὸς ἐκρατεῖτο πρὸς χεῖρα (h. e. vt quidem e manus contactu colligebatur. v. *Foeſii* oecon. Hippocr. p. 537. b.), καὶ ὑπενότιζεν. ἄδηλος σφυγμὸς σφόδρα ἐν μετώπῳ. φλεβῶν βάρος ἐν τῆσιν ὑποστροφῆσι καὶ ἐν τῇσιν ὑποχωρήσεσι πάσῃσιν, ὀλίγον χρόνον. διὰ παντὸς ἀνώδυνος. ἀπ' ἀρχῆς ἀσώδης, καὶ κατὰ μικρὸν ἤμει. Ἑβδόμῃ παρὰ βαλάνου ὑπεχώρησε τρὶς χολώδες καὶ κοπρώδες, ὑγρὸν σφόδρα καὶ ὠχρόν. καὶ ἤδη τι ὑποπαρέκρουσε. καὶ νοτὶς ἐπ' ὀλίγον ἔστιν ὅτε περὶ μέτωπον. τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ πρόσωπον. τὰ ὄμματα διὰ κενῆς, ὡς εἴ τι βλέπων ξυνέστρεφε, καὶ πάλιν κατέμυεν. αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον ἀπέβαλεν. Ἑβδομαῖος (*Chart.* ἐνναταῖος) ἱδρὼς, πρωῒ ἀρξάμενος μέχρι στήθεος, διετέλει ἕως ἐτελεύτησε. καὶ ὁ πυρετὸς ἐπέτεινε, καὶ ἡ παραλήρησις. περὶ μέτωπον πλεῖστος ἱδρὼς, καὶ οἷον δεινὸν μὲν ἦ ἔκλευκον. τὸ δέρμα δὲ τὸ ὑπὸ τὰς τρίχας ἐστιγμένον (*Chart.* ἐσμιγμ.). ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐπηρμένον. ὑφῆκεν ἐφ' ἑωυτὸν χολώδες.

Ὀγδόην

quibus antea vexari ſolebat, et pranſus eſt. Sed egreſſus horrore quodam correptus fuit, quem nocte febris ſecuta eſt, non quidem cum doloribus coniuncta, ſed comitem tamen habens tuſſiculam quandam ſiccam. Vrinae parum reddidit, ſed in qua multa ſubſiderent, eaque ab initio quidem ramentoſa, h. e. inteſtinorum particulis mixta, glabra ſiue non cohaerentia, ac diuulſa, poſt quatuor vero dies turbida. Die ſecundo vrinam mittebat non decolorem, et in matula nulla ſedimentorum concretio apparebat, vbi perfriguiſſet. Tertio die ſponte aluus ſoluta eſt, et quarto die poſt ſubditam glandem z) ſtercoroſa et bilioſa prodierunt, fluxu quidem liquido. Noctu non magnopere, ſed interdiu paullo magis dormiuit. Sitis non erat vehemens. Die quarto, ad noctem maxime, cutis circa frontem et reliquum corpus mollis ſemper eminebat. Febris vincebatur ad manum et haec paullulum humeſcebat. Arteriae pulſus in fronte erat valde obſcurus; et venarum grauitas quaedam, h. e. tarditas, laſſitudo, per paruum tempus apparebat in conuerſionibus (-np. quando aegrotus ſe

Ὀγδόην ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα. πρὸ τῆς τελευτῆς ἐνέβηξεν οἷον ἐκ μύξης μύκητα ξυνεστηκότα, λευκῷ φλέγματι περιεχόμενα. ἐπεχρέμπτετο δὲ καὶ ἔμπροσθεν σμικρὰ, λευκὰ, γαλακτώδεα.

z) *Barthol. Caſtellus* lex. medic. in v. Glans, interpretatur „ſuppoſitorium ſ. medicamentum „topicum anodicatum, oblongum duos, tres, „quatuorue digitos transuerſos, figura tereti „et rotunda, candelae inſtar, olim glandis „forma, ad aluum ſolicitandam maxime et ad „alios ani affectus comparatum.“

conuertebat) et in omnibus egeſtionibus. Omnis omnino doloris expers ab initio premebatur anxietate circa cor atque ſtomachum, et paullatim vomebat. Septimo die poſt ſubditam glandem ter egeſſit ſtercora felle mixta, valde liquida et pallida. Et iam aliquantum delirabat, ita vt interdum circa frontem humiditas erumperet. Vultum ſtragula obtexit: oculos fruſtra contrahebat, quaſi aliquid videret, ac rurſus nictabat. Stragula abiiciebat. Septimo die ſudor, qui mane oriri coeperat vsque ad pectus, permanſit donec morereretur. Febris et delirium creuit. Plurimus ſudor inprimis circa frontem erat, graueolens ille vel valde albus. Cutis autem ſub crinibus erat interpuncta, dextra praecordia tumebant, et demiſit ſponte bilioſa. Octauo die apparebant vari tanquam a culicum morſibus. Ante obitum tuſſiuit, et eiecit velut ex muco fungos, compacta quaedam et alba pituita circumdata. Sed antea quoque exſpuerat parua, alba, lactea. Haec *Hippocratis* narratio quin de Syrio Pherecyde intelligenda ſit, dubitare vix licet. Nolo iam vrgere locum *Galeni* ſupra §. 1. laudatum, in quo γναφεὺς veram lectionem eſſe docet locus *Hippocratis* aliquis α), quem

α) epidem. 7, 98. T. VIIII. p. 585. B. ed. *Chart.* T. I. p. 861. ed. *Lind.* ὁ γναφεὺς ὁ ἐν Σύρῳ, ὁ φρενιτικὸς, μετὰ δὲ καύσιος τρομώδης σκελέων. τὸ χρῶμα, οἷον ὑπὸ καπνώπων ἐγκαταδαμασθέν· (*Chart.* et hic et in *Galeni* loco male ἐγκαταδαμάσειν) ὁ παλμὸς (*Chart.* ὀφθαλμὸς) μέγας, βραχείη κίνησις, φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δέ. οὖρον καθαρὸν, ὑπόστασιν οὐκ ἔχον. ἦ ῥα διὰ τὴν τῆς θαψίης ἐσχάρωσιν

quem in mente habuit *Galenus*. Sed cum ex hoc ipſo Hippocratis loco recte poſſit colligi, per inſulae Syri mentionem principi medicorum in memoriam ſimul reuocatum eſſe celeberrimum olim eius alumnum, quem propter hanc ipſam celebritatem non opus eſſe putaſſe videtur vt patriae nomine inſigniret: narratio illa ſi non vera videri viris doctis, certe non omitti ab iis debebat β). Sunt autem multa, quae vehementer eam poſſint commendare, quorum quaedam hoc loco commemorare non alienum a conſilio eſſe exiſtimabam. Hippocrates enim eſt omnium, quos nunc quidem de Pherecyde aliquid retuliſſe ſcimus, antiquiſſimus, quippe qui natus ſit Olympiade octogeſima, atque adeo viginti tantum Olympiadas poſt Pherecydis mortem. Hippocrates potuit etiam omnium optime de morbis iudicare, et omnium certiſſime rem cognoſcere e tabulis in templo Aeſculapii Coi aſſeruatis, in quibus mos fuerat ſcribere liberatos morbis et quid auxiliatum eſſet, vt poſtea ſimilitu-

ρωσιν (*Chart.* ὑποχώρησιν) ὀκτὼκαιδεκατοῖος ἀνῆκε μολυνθεὶς ἄνευ ἱδρῶτος. Apud *Galenum* γναφεὺς legendum eſſe, non γραφεὺς, declaratur eo, quod mox ab illo diſerte diſtinguit Pherecydem, remiſſis lectoribus ad locum Hippocrateum antea exhibitum.

β) Neſcio an haec narrationis Hippocrateae omiſſio inde profecta ſit, quod bonis indicibus carent editiones operum Hippocratis.

γ) v. *Plin.* H. N. 29, 1. Haec tamen *Plinii* aliorumque veterum de tabulis illis narratio valde ſuſpecta erat *Henr. Meibomio*, in diſſ. quam Helmſt. 1659. *Conringio* praeſide habuit, de incubatione in fanis deorum, §. 52. ſq.

do proficeret γ). Haud dubie enim talium quoque morborum ibi memoria ſeruata fuit, quorum nondum remedium repertum et cognitum eſſet. His meae ſententiae argumentis addi alia multa poſſunt. *Ariſtoxenus* v. c. δ), maximae auctoritatis ſcriptor et Ariſtotelis discipulus, ſimpliciter νοσήσαντα dicit mortuum eſſe Pherecydem, et *Diodorus Siculus* l. l. Pythagoram ad Pherecydem veniſſe auctor eſt, poſtquam audiuiſſet, eum νοσεῖν καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν *), mox quoque bis nominat ſimpliciter νόσον, cui Pherecydes ob ſenectutem ſuccumbere debuerit. Praeterea in *Aeliani* ε) narratione quaedam reperiuntur, quae cum Hippocratea quodammodo conueniunt. Ait enim, Pherecydem primo emiſiſſe ſudorem calidum, viſcoſum et mucori ſimilem. Videtur igitur Pherecydis morbus nil niſi tabes fuiſſe, vel potius illa *febris* peſtilentis et epidemicae ſpecies, quae hodie *petechialis* vocatur, cum tabe coniuncta. Sic Antiochus Iluſtris ab auctore libri ſecundi de rebus Maccabaeorum (9, 9.) dicitur periiſſe ſic, ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σώματος σκώληκας ἀναζεῖν, ſed apud *Appianum* (Syriac. p. 212. ed. *Toll.*) legitur φθίνων τελευτῆσαι. Quam facile autem fuerit ſerioribus ſcriptoribus, propter ea, quae Hippocrates de illo morbo narrauit, v. c. propter pellem ſub crinibus eminentem, ionthos ſiue varos, qui culicum morſus indicare viderentur, h. e. maculas morſibus culicum ſimiles, quae hodie petechiae dicuntur, etc. febrem petechialem in phthiriaſin mutare, non opus

δ) ap. *Diog Laert.* 1, 118.

*) De qua formula v. *Triller.* ad *Thom. Mag.* p. 373 ſqq.

ε) V. H. 5, 2.

opus eſt vt multis demonſtretur. Potuit etiam haec narrationis verae corruptio talibus narrationibus adiuuari, qualis eſt *Maximi Tyrii* in loco ad not. w. allato, vbi corpus et carnes Pherecydis ſimpliciter dicuntur φθείρεσθαι. Denique ſententia mea non parum eo videtur confirmari, quod etiam alia conſtat poſterioribus temporibus de Pherecydis morte conficta fuiſſe. Vt enim taceam quae ſupra fabuloſa ex *Hermippo*, *Diogene Laertio* et *Plutarchi* Pelopida narraui, aliud eiusmodi tradit *Aelianus* ζ), nempe Delios dixiſſe, Deum in Delo ſ. Apollinem Pherecydi huic phthiriaſeos morbum iratum immiſiſſe, quia aliquando in Delo discipulis praeſentibus cum alia multa de ſapientia ſua iactauerit, tum vero etiam hoc, ſe nulli deo ſacrificia obtuliſſe, et tamen non iniucundius aut triſtius viuere, quam qui hecatombas offerrent. Haec quidem fabulam ſapere plane mihi perſuaſum eſt. Videtur conſtans fuiſſe veterum opinio, maxime improbos et in deum impios homines affligi a diis peſſimis morbis, et in horum morborum numero inprimis eſſe phthiriaſin. Laudabo vnum hanc in rem exemplum, quod etiam in eo ſimile reperitur eſſe noſtrae hiſtoriae, vt fictam narrationem exhibeat. Nam etſi *Pauſanias* η) eo conſilio dicit, Syllam phthiriaſi periiſſe, vt eum oſtendat poenas dediſſe diis Graeciae, quorum templa violauerat: multo tamen ſanior *Appianus* ϑ) febris tantum mentionem facit, qua correptus dictator mortuus ſit. Sed vix mirari ſatis potui, cum viderem etiam recentioribus viris doctis placuiſſe hanc

ζ) V. H. 4. 28.
η) 9, 33. p. 777.
ϑ) bell. ciuu. 1, p. 693.

hanc opinionem, pediculari morbo vix perire quenquam, niſi qui vel inhumana ſaeuitia vel diuinos honores appetendo humanitatem quaſi omnem exuerit ι). In iis, qui hanc ſententiam fouerunt, memoratu digniſſimus mihi ſemper viſus eſt vinolentus homo *Dominicus Baudius*, in cuius poematum collectione κ) extat carmen funebre in obitum Philippi II., Hiſpaniarum regis p. 224-28. In pluribus huius carminis locis diuinae vindictae tribuitur interitus Philippi per morbum pedicularem. Poterat hoc facile ferri in poeta. Sed vere ſic ſtatuiſſe *Baudium*, docent verba eius in nota carmini illi ſubiecta p. 229. ſq. Dum enim cauſſas afferre ſtudet, cur in eo poemate fuerit acerbior et intemperantior, quam homini priuato in ſupremam poteſtatem licere fas piumque ſit, praeter alia ſcribit haec: „Illud etiam vehementiam ſtyli exaſpe„rauit, quod non memineram quenquam excelſae „dignitatis principem interiſſe tali genere mortis, „niſi qui vel ſaeuiendo, vel diuinos honores affe„ctando humanitatem exuiſſet.“ Mox tamen ſenſit, quam temere haec dicta ſint. „Ferunt tamen, „inquit, duos poetas, genus hominum innocen„tiſſimum, phthiriaſi conſumtos fuiſſe, Pherecy„den et Alcmanem.“ Idem in alia nota p. 667. ſq. de eodem morbi genere ſcripſit haec: „Genus „ipſum mortis etſi ad naturales cauſſas referri ſolet „a medicorum filiis, tamen religioſius cenſeo cum „Aegyptiorum Magis digitum Dei in tam notabili „caſu ſuppliciter venerari.“ Iam cum recentiores et-

ι) quo eodem fortaſſis referendum eſt, quod *Aelianus* V. H. 5, 2. Pherecydem dicit ſudaſſe ἱδρῶτα θηριώδη.

κ) Notaui paginas ad edit. Amſt. 1640. 12.

etiam viros ſatis eruditos ita ſtatuiſſe appareat, profecto non mirum eſſe poteſt, ſi veteres quoque de Pherecyde talia effinxiſſe dicam ex illa opinione de eius in deos impietate. Haec autem opinio multis modis et naſci potuit et ali. Cum enim theologia Pherecydis aeque obſcura eſſet ac *Heraclitii* liber περὶ φύσεως vel *Lycophronis* Caſſandra λ): quae obſcuritas inprimis ex allegorica, qua delectabatur, docendi ratione exiſtebat μ): facile fieri poterat, vt ex eius ſcriptis talia exſculperentur ab hominibus vel minus intelligentibus vel etiam maleuolis, quae occaſionem praeberent tam dure de eius in deos animo iudicandi. Huc accedebant iactationes ſcientiae res futuras praedicendi, et alia, de quibus §. 7. dicetur. Quare ei ab *Apollonio Dyſcolo* ν) tribuitur τερατοποιία, plane vt Pythagorae apud *Euſebium* ξ) σοφία τερατώδης. Maxime huc faciebat haud dubie dogma de metempſychoſi. Cum enim Pythagoram propterea vehementer irriſum fuiſſe conſtet ο), quomodo Pherecy-

λ) Ita diſerte dicit *Clem. Alex.* ſtromm. 5, p. 571. C. et *Proclus* ad *Platonis* Timaeum lib. 1. p. 40. ed. Baſ. 1534. fol. ἡ Πλάτωνος, inquit, παραδοσις οὐκ ἔστι τοιαύτη αἰνιγματώδης, οἵα ἡ Φερεκύδου.

μ) *Clem. Alex.* ſtromm. 6, p. 642. A. Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν. cf. *Origenes* contr. Celſ. 1, p. 15. 6, p. 303. ſq.

ν) hiſt. commentit. c. 6.

ξ) praep. euang. 14, 12. extr. it. in epiſtolis, quae *Xenophonti* adſcribuntur, 1, 8.

ο) v. *Lucian.* in Gallo T. II. p. 162. ed. *Graeu.*

cydem, doctrinae illius auctorem, ab eiusmodi cauillationibus et criminationibus liberum tutumque fuiſſe putabimus? Et magna cum veri ſpecie eum ob illud dogma potuiſſe impietatis in deos accuſari, cum per ſe quilibet facile intelligit, tum perſpicue docuit *Perizonius* π). His vero omnibus ſemel fictis puto quenquam exortum eſſe, qui, quo verior videretur narratio de Pherecydis phthiriaſi, Pherecydi ipſi ſupponeret epiſtolam illam ad Thaletem, quam *Diogenes Laertius* ϱ) ſeruauit. Hanc enim ſpuriam eſſe, poſt *Salmaſium* p. 844. A. qui hoc ex ipſa temporum ratione demonſtrauit, non aliis melioribus argumentis puto oſtendi poſſe, quam appoſitis verbis ipſis: *εὖ θνήσκοις, ὅταν τοι τὸ χρεὼν ἥκοι. νοῦσος με καταλελάβηκε, δεδεγμένον τὰ παρὰ σέο γράμματα. φθειρῶν ἔβρυον πᾶς, καί με εἶχεν ἠπίαλλος. ἐπέσκηψα δ' ὧν τοῖσιν οἰκήτησιν, ἐπήν με καταθάψωσιν, ἐς σὲ τὴν γραφὴν ἐνέγκαι. σὺ δὲ ἢν δοκιμάσῃς σὺν τοῖς ἄλλοις σοφοῖς, οὕτω μιν φῆνον· ἢν δὲ οὐ δοκιμάσητε, μὴ φήνῃς. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐκω ἤνδανεν. ἔστι δὲ οὐκ ἀτρεκίη πρηγμάτων, οὐδ' ὑπισχνέομαι οὔτ' ἀληθὲς εἰδέναι. ὅσσα δ' ἂν ἐπιλέγῃ θεολογέων, τὰ ἄλλα χρὴ νοεῖν. ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι. τῇ δὲ νούσῳ πιεζόμενος ἐπὶ μᾶλλον, οὔτε τῶν τινα ἰητρῶν, οὔτε τοὺς ἑταίρους ἐσιέμην. προσεστῶσι δὲ τῇ θύρῃ, καὶ ἐρομένοις οἱονόν τι εἴη, δίεις δάκτυλον ἐκ τῆς κλειήθρης, ἔδειξ' ἂν ὡς ἔθυεν τοῦ κακοῦ. καὶ προεῖπ' αὐτοῖσιν ἥκειν εἰς τὴν ὑστεραίην ἐπὶ τὰς Φερεκύδεω ταφάς.*

§. 6.

π) ad *Aelian.* V. H. 4, 28.

ϱ) 1, 122. Latine verſam epiſtolis Laconicis atque ſelectis inſeruit *Gilbertus Cognatus*, T. I. Baſ. 1554. 12. p. 189. ſq.

§. 6.

Iam vt ad ſcripta Pherecydis cum *Suida* veniamus, in vniuerſum e *Ioſepho a*) obſeruandum eſt, vetuſtiſſimos philoſophos, vt Pherecydem Syrium, Pythagoram, Thaletem, pauca ſcripſiſſe; quae eorum ſcripta a Graecis omnium antiquiſſima, ſed vix tamen genuina exiſtimata ſint. Ex hoc loco, cui iungi poteſt locus *Plotini b*), iam per ſe fortaſſis poterit colligi, vera tradidiſſe *Suidam*, cum vnum tantum opus Pherecydi tribueret, quod inſcriptum Ἑπτάμυχος, et in libros decem diuiſum, complecteretur narrationem de imperio deorum et genere, h. e. theologiam. Nam hanc eſſe veram verborum *Suidae* ſententiam, neque cum *Kuſtero* legendum Ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρατία, ἢ Θεολογία. ἔτι δὲ Θεογονία, qua lectione recepta, numerus librorum Pherecydis temere augeretur *c*), ſatis docent

a) contr. Apion. 1, p. 1034. E. τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τὸν Σύριον, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς, ὀλίγα συγγράψαι. καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖν πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι.

b) ennead. 5, 1, 9. τῶν ἀρχαίων οἱ μάλιστα συντασσόμενοι αὐτοῖς, Πυθαγόρου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, καὶ Φερεκύδου δὲ, περὶ ταύτην μὲν ἔσχον τὴν φύσιν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐξειργάσαντο ἐν αὐτοῖς αὐτῶν λόγοις, οἱ δὲ οὐκ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀγράφοις ἐδείκνυον συνουσίαις, ἢ ὅλως ἀφεῖσαν.

c) *Heinii* tamen haec videtur eſſe ſententia p. 326.

docent verba ſtatim addita: ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους. Mihi potius alio modo lectio videtur deprauata. Nam vel Δεκάμυχος legendum puto, vel ἐν βιβλίοις ἑπτά. Et poſteriorem quidem rationem fateor magis priori placere, cum ob illam cauſſam quae infra §. 8. tradetur, tum quia facillime potuit ἑπτὰ a librariis mutari in δέκα propter ſimilitudinem ſequentis membri de Pherecyde Athenienſi. Vocabulo θεολογία, quod *Suidas* addidit tanquam ſynonymum vel interpretamentum nominis Ἑπτάμυχος, vtitur *Clemens Alexandrinus* *d*) ita, vt illud videatur pro titulo operis ponere. Iam etſi hic locus *Clementis* recte poſſit de ipſis rebus in Heptamycho tractatis intelligi: vnde etiam, vt ſupra vidimus *e*), Pherecydes apud eundem *Clementem* dicitur ἀλληγορήσας θεολογῆσαι, et θεολόγος vocatur a *Plutarcho* *f*): tamen in *Apollonii Technici* loco *g*) non puto aliter niſi de ipſa libri inſcriptione poſſe accipi, ita vt recte hinc cum *Salmaſio* videatur demonſtrari poſſe, Pherecydem Syrium vſum eſſe dialecto Ionica. *Apollonii* verba ſunt: Ἐμεῦ, κοινὴ Ἰώνων καὶ Δωριέων, ἐμεῦ δ' ἔλετο μέγαν ὅρκον. ἄκουε νῦν καὶ ἐμεῦ ῥώγκα. Σώφρων, καὶ

d) in loco ſupra §. 5. not. λ. iam indicato.

e) in loco, quem §. 5. not. μ. attuli. Sic *Philo Byblius* in loco ſaepius laudato: Φερεκύδης ἐθεολόγησε.

f) in Sylla, T. I. p. 474. F. cf. *Andron Epheſius* ap. *Diog. Laert.* 1, 119.

g) quem e libro de pronominibus, nondum edito ſed in bibliotheca regia Pariſienſi latente (v. *Kuſter.* ad *Suid.* T. I. p. 284.), exſcripſit *Salmaſius* p. 841. E.

καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ Θεολογίᾳ, καὶ ἔτι Δημόκριτος ἐν τοῖς περὶ ἀστρονομίας, καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ, καὶ ἔτι τῇ ἐμέο. διὸ καὶ ὁλοκληροτέραν ἄν τις αὐτὴν ὑπολάβοι τῆς ἐμεῖο καὶ σεῖο, καθὸ οἱ πεζολόγοι διὰ τοῦ ι οὐκ ἐχρήσαντο, τῇ δὲ διὰ τοῦ ε. καίτοι τῶν περὶ Τρύφωνα οὐκ ἀπιθάνοις λόγοις προσκεχρημένων ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐμεῖο ἐντελεστέραν εἶναι. Non vero ad Pherecydem Syrium pertinere locum *Scholiaſtis Apollonii* 2, 1214. vbi θεογονίᾳ laudatur, oſtendam infra ad fr. XXXVII. Pherecydis heptamychon nondum perditum fuiſſe *Suidae* temporibus, videatur quis ſibi recte colligere poſſe ex eo, quod nullam plane interitus mentionem facit Lexicographus. Sed certius eſt, opus illud adhuc ſuperfuiſſe Diogenis Laertii et Origenis aetate *h*). Obſcuritatem eiusdem et harum tenebrarum cauſſam §. 5. iam attuli. Quaerendum nunc eſſet, annon praeterea quaedam ſcripſerit noſter philoſophus. Et de epiſtola quidem quid ſentiam, notum eſt e ſuperioribus. Sed nec aliter videtur poſſe iudicari de illo libro, qui de victu ſalubri agit, et in *Hippocratis* operibus *i*) reperitur. Cum enim, teſte *Galeno*

h) *Diog. Laert.* 1, 119. σώζεται τοῦ Συρίου τὸ βιβλίον ὃ συνέγραψεν --- *Origen.* c. Celſ. 1, p. 14. Celſus dixerat, τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστρην, καὶ Πυθαγόραν --- ἐς βίβλους καταθέσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο. Fateor tamen, hunc *Origenis* locum minus luculentum eſſe.

i) in edit. *Charter.* vna cum commentario *Galeni*, T. VI. p. 220-37. Sed in edit. *Linden.* ſine illo commentario T. I. p. 626-32.

no k), alii eum Hippocrati tribuerent, alii non item, hi vero ita inter ſe diſſentirent, vt quidam Philiſtionem, quidam Ariſtonem, quidam Pherecydem, auctorem eius agnoſcerent; cumque non conſtet, Syrium Pherecydem vnquam operam dediſſe rebus medicis: ab hoc ſaltem iſtum librum ſcriptum eſſe improbabile eſt. Videtur Galenus alium Pherecydem intellexiſſe, qui a *Sorano l*) dicitur Hippocratis genealogiam ſcripſiſſe. Plane vero ridiculum non minus quam egregiae ignorantiae eſt, quod *Gabriel Humelberg m*) Pherecydem vocat poetam tragicum percelebrem. Scilicet bonus ille homo videtur ne fando quidem aliquid vnquam audiuiſſe de locis veterum ſcriptorum ſaepe corruptis atque adeo ab interprete bono emendandis. Hinc ille, cum fortaſſis aliquando incidiſſet in locum aliquem, in quo Pherecydis opus vocaretur ποίησις *n*), bona fide pro veris et genuinis *Sammonici* verbis accepit, quae nunc quidem *o*) ſic deprauata reperiuntur:

Sed quis non paueat Pherecydis fata tragoedi,
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quae morte tulerunt?

Etiam

k) ad *Hippocratis* aphoriſm. 6, 1. T. VIII. p. 248. B. ed. *Chart.*

l) in vita Hippocratis, huius operibus praefixa, T. I. p. 1. A. ed. *Charter.*

m) in notis ad Q. Serenum Sammonicum p. 28. ed. Tigur. 1540. 4.

n) qua de re v. §. 4. Hinc fortaſſis ignoſcendum eſt *Baudio*, cum, vt §. 5. vidimus, Pherecydem poneret in poetarum numero.

o) in eius opuſculo de medicina c. 5. v. 4. ſqq.

Etiam *Perizonius p*), quod mireris, ſine vlla mendi ſuſpicione hunc locum laudauit. Sed *Burmannus q*) tentauit ſaltem aegri huius loci medelam, quanquam an veram lectionem inuenerit valde dubito. Coniicit enim vel *tragoedus* legendum eſſe, vel *tragoeda*. Ipſe quidem neutram coniecturam ſibi placere oſtendit. Sed mihi non ſpernenda videtur poſterior, vt *tragoeda* poſitum dicatur pro *tragica*. niſi *Sammonicum* ipſum erraſſe putare malimus, quod quidem apparet facile potuiſſe fieri. Nam non ſolum *Suidas* Pherecydi Lerio tribuit librum de Iphigenia, quae eius traditio de tragoedia recte poteſt intelligi, ſed etiam tales loci, qualis eſt *Abulpharagii* (vid. ſupr. p. 7. not. *f*.), in quo Pherecydes philoſophus auctor fabularum vocatur, ad fabulas ſcenicas trahi potuerunt.

De illo *Clementis Alexandrini* loco, e quo videtur colligi poſſe, Pherecydem Syrium etiam hiſtorica quaedam ſcripſiſſe, infra dicetur §. 10.

§. 7.

Nunc videndum eſt, quomodo factum ſit, vt Pherecydes, etſi tam pauca ſcripſerit, tantam tamen et auctoritatem olim et nominis celebritatem reperiatur nactus eſſe. Vt enim taceam, eum non ſolum ſaepe a veteribus ſcriptoribus iungi cum Pythagora, cum Thalete, cum Anaxagora, Platone et Socrate *a*), ſed etiam, teſte *Clemente Alexandri-*

no

p) ad *Aelian.* V. H. 5, 2.

q) in poetis latinis minoribus, T. II. p. 208.

a) v. *Themiſtius* orat. 2. p. 38. A. ed. *Harduin.* *Clem. Alex.* ſtromm. 6, p. 643. C. *Ioſephus*

no *b*), a nonnullis ipſum relatum eſſe in numerum ſeptem ſapientum, quin adeo, ſi *Tertulliano c*) credimus, pro deo habitum: ſcimus e *Plutarcho d*), eum vna cum Terpandro ac Thalete inſigniter honoratum fuiſſe Spartae, quia hi viri conſtanter eadem docuerint, quae Lycurgus. Huius igitur magnae auctoritatis plures reperiri poſſunt cauſſae, quarum non leuiſſima videtur eſſe haec, quod primus omnium Graecorum et proſa oratione de rebus diuinis atque philoſophicis ſcripſit, et dogma de migratione animorum tradidit: cuius vtriusque rei nouitas non potuit hominum animos non percellere *e*). Permultum item ad augendam eius gloriam

l. l. *Cedrenus* ſupra not. i. ad §. 3. *Origenes* contra Celſ. 4, p. 223. p. 227. it. p. 228. vbi Pherecydis et Pythagorae et Socratis et Platonis ὁμιλίαι vocantur σεμναί.

b) ſtromm. 1, p. 299. D. Neque falſa tradidiſſe *Clementem*, luculenter demonſtrat locus *Hermippi* ap. *Diog. Laert.* 1, 42. Similiter in epigrammate, quod e *Diog. Laert.* 1, 120. in analecta ſua transtulit Cel. *Brunckius*, T. III. n. DXII. Pherecydes ita loquens inducitur: τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος. et *Plutarch.* in Pelopida T. I. p. 289. A. vocat eum Φερεκύδην τὸν σοφόν.

c) de anima p. 641. ed. *Froben.* „plerosque au„tores etiam deos exiſtimauit antiquitas, ne„dum diuos, vt Mercurium Aegyptium, --- „vt Orpheum, vt Muſaeum, vt Pherecydem „Pythagorae magiſtrum.“

d) in Agide et Cleom. T. I. p. 799. F.

e) Huc pertinent verba *Auguſtini* epiſt. 137. T. II. p. 308.

riam contuliſſe putanda eſt Pythagorae ſumma auctoritas. Saepe enim factum eſſe conſtat, vt non ſolum discipulus ob magiſtrum, verum etiam ob diſcipulum magiſter magis inclareſceret. Fortaſſis etiam ipſa libri eius obſcuritas famam ei conciliaſſe videri queat. Certe etiam noſtris temporibus id interdum accidiſſe notum eſt. Sed cum haec omnia *Suida* duce iam ſupra attulerim, diutius iis hic immorari nolo. Immo ad ea progrediar, quae ille omiſit, ſed quae tamen quin inprimis nominis Pherecydei claritatem adiuuerint, dubitari vix a quoquam poteſt. Et primo quidem in horum numerum referri debet ſcientia eius aſtronomica, quam praeter *Ioſephum*, cuius verba not. a. ad §. 6. poſui, et *Chriſtodorus Coptita* teſtatur *f*), et heliotropium illud in inſula Syro, h. e. ſpelunca aliqua, per quam obſeruari poterat vmbra atque adeo ſolſtitia *g*). Etſi enim ſpelunca illa erat naturae opus *h*), neque adeo vera tradi-

 diſſe

p. 308. E. „quod (nempe animae immortalitatem vitamque poſt mortem futuram) apud Graecos olim primus Pherecydes Aſſyrius cum disputaſſet, Pythagoram Samium illius disputationis nouitate permotum ex athleta in philoſophum vertit.“

f) v. 351. ſqq. in *Brunckii* anall. T. II. p. 469. καὶ Σύριος σελάγιζε σαοφροσύνη Φερεκύδης ἱστάμενος· σοφίης δὲ θεουδέα κέντρα νομεύων, οὐρανὸν ἐσκοπίαζε, μεταίρσιον ὄμμα τιτάνων.

g) *Laert.* 1, 119. σώζεται δὲ καὶ ἡλιοτρόπιον ἐν Σύρᾳ τῇ νήσῳ. v. *Hein.* p. 317. ſqq.

h) v. *Homer.* Odyſſ. ὁ, 402. ſq.

diſſe putari poteſt *Fabricius i*): tamen vſus eius poterat a Pherecyde monſtrari, et ipſa huic vſui aptior reddi, quale quid eodem fere tempore, Olympiade duodeſexageſima, fecit Anaximander Mileſius, discipulus Thaletis *k*). Deinde multa ad augendam Pherecydis gloriam et auctoritatem contuliſſe arbitror inſignem eius morum et vitae integritatem non minus quam grauitatem et conſtantiam philoſopho dignam. Prioris virtutis teſtimonium ſatis honorificum praebent verba *Themiſtii* l. l. *Βασιλέως προμηθεῖται τὸ δαιμόνιον καθαρὰς φυλάξαι καὶ δικαίου φόνου τὰς χεῖρας, μᾶλλον Φερεκύδου καὶ Πυθαγόρου.* Sed conſtantiam eius, praeter locum *Origenis* not. a. et *Maximi Tyrii* §. 5. not w. allatum, demonſtrat locus *Helladii* apud *Photium*, iam ſaepius nominatus, vbi agit de phthiriaſi, qua periiſſe Pherecydes ferebatur, ὃν καὶ, inquit, *λέγουσι γενικῶς τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν.* Pro *γενικῶς* enim legendum eſt *γενναίως.* Denique plurima reperiuntur in vetuſtis ſcriptoribus, e quibus appareat, eum bono quidem, vt videtur, conſilio, ſed fucum tamen facere ſtuduiſſe imperitae multitudini, quam ſcimus rebus miris et quarum originem genuinam non magis quam veram naturam intelligant, ſaepe magis moueri quam grauiſſimis et ſubtiliſſimis argumentis. Quare fere omnes anti-

i) in biblioth. gr. Vol. I. p. 371. „heliotropii, „inquit, in Syra inſula, a Pherecyde vt „aiunt poſiti, diſerta mentio apud Homerum „Odyſſ. o, 403.“ Fortaſſis tamen vir doctus his verbis voluit ſuſpectam reddere et ridere hanc de Pherecydeo heliotropio narrationem.

k) v. *Plin.* H. N. 2, 8. omninoque *Bochart* geogr. ſacr. p. 445. ed. Frcf. 1674. 4.

antiquiſſimorum temporum viri ſapientes, qui vere prodeſſe cuperent plebi, vt Numa, Zalmoxis *l*), ipſe Socrates et Pythagoras, reperiuntur vſi eſſe hoc artificio. Sunt autem duplicis maxime generis, quae nec Pherecydi illud ignotum fuiſſe oſtendunt. Primo enim iactauit aliquam familiarem cum diis conſuetudinem. Iactationis huius exemplum e *Theopompo Diogenes Laertius* (1, 117.) narrat hoc: Iuſſit ille Lacedaemonios neque aurum magni aeſtimare, neque argentum. Quod quidem vt faceret, Herculem ſibi dicebat per ſomnium mandaſſe, qui eadem nocte reges iuſſit parere Pherecydi. Voluit igitur haud dubie hoc modo efficere, vt diligenter et ſemper obſeruarentur leges Lycurgi, qui non niſi ferreorum numorum vſum ciuibus permiſerat *m*). Nonnulli quidem apud *Diogenem* voluerunt hanc fraudem tribuere Pythagorae. Sed cum pene certum ſit, ad hanc hiſtoriam alluſiſſe *Plutarchum* in loco illo, quem not. c. indicaui, non ſolum iſtam opinionem puto reiiciendam eſſe, ſed etiam aliam, quam *Heinius* p. 316. propoſuit, qui et *Theopompi* locum et locum *Plutarchi* §. 5. not. c. allatum malebat referre ad alium quendam, ignotum nobis, Pherecydem, quia non conſtaret aliunde, noſtrum vnquam Spartae fuiſſe. Accedit quod non veriſimile eſt, eodem tempore alium praeter noſtrum Pherecydem philoſophum vixiſſe. Quo minus enim alium quam philoſophum intelligas apud *Plutarchum*, vetat epitheton τὸν σοφόν. In hac familiaritatis cum diis iactatione eo vsque progreſſus eſt Pherecydes, vt etiam victum

l) v. tamen quae ad *Hellanicum* dixi p. 64. ſq.
m) v. *Xenophon* de rep. Laced. 7, 5. ſq. *Aeſchines* dial. 2, 24. vt mittam alios.

eorum et linguam ſibi cognitam eſſe oſtentaret. *Plutarchus* enim *n*) ridet opinionem eorum, qui dicant, lunam, quae et dicatur eſſe et vere ſit Minerua, alere homines, mittendo iis quotidie ambroſiam, qua Pherecydes antiquus putet deos ipſos veſci. Profecto ſi haec tradidit Pherecydes, quae poeta quidem, ſed non item philoſophus videtur dicere poſſe, vix eum defendere auſim. Vt autem haec vere ab eo tradita fuiſſe credam, facit locus *Ariſtotelis* *o*), in quo Pherecydem non minus quam poetas videtur voluiſſe ridiculos reddere. Alterum huius generis exemplum eſt, quod dixiſſe fertur, menſam a diis vocari θυωρόν *p*). Sed de hoc vix dubito quin male intellectus fuerit philoſophus.

n) de facie in orbe lunae, T. II. p. 938. B.

o) metaphyſ. 2, 4. p. 42. ed. *Sylb.* οἱ περὶ Ἡσίοδον, καὶ πάντες ὅσοι θεολόγοι, τοῦ μόνον ἐφρόντισαν πιθανοῦ τοῦ πρὸς αὐτούς, ἡμῶν δ' ὠλιγώρησαν. θεοὺς γὰρ ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, καὶ ἐκ τῶν θεῶν γεγονέναι, τὰ μὴ γευσάμενα τοῦ νέκταρος καὶ τῆς ἀμβροσίας, θνητὰ γενέσθαι φασί. δῆλον δὲ ὡς ταῦτα τὰ ὀνόματα γνώριμα λέγοντες αὐτοῖς, καίτοι περὶ αὐτῆς τῆς προφορᾶς τῶν αἰτίων τούτων, ὑπὲρ ἡμᾶς εἰρήκασιν. εἰ μὲν γὰρ χάριν ἡδονῆς περὶ αὐτῶν διηγήσαυσιν, οὐθὲν αἴτια τοῦ εἶναι τὸ νέκταρ καὶ ἡ ἀμβροσία. εἰ δὲ τοῦ εἶναι, πῶς ἂν εἶεν ἀίδιοι δεόμενοι τροφῆς; ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν μυθικῶς σοφιζομένων οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν.

p) *Diog. Laert.* 1, 119. ἔλεγέ τε ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν. *Suidas*: θυωρός· κυρίως ἡ ἱερὰ τράπεζα. ἔλεγε Φερεκύδης, ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι.

ſophus. Voluit enim, quod iam alii obſeruarunt, non quamlibet menſam nomine θυωρὸς ſignificare, ſed anclabrem *q*), quae fere idem indicabat quod altare, vt apud Hebraeos שֻׁלְחָן. Vtut vero ſit, haec atque talia fortaſſis alia eum iactitaſſe puto, vel quia ipſe per phantaſiam deceptus de eorum veritate ſibi perſuaſerat, vel quia, quamuis quam vana eſſent non ignoraret, ſic videbatur ſibi viam quoque parare poſſe ad indoctorum hominum animos, cum doctiorum admirationem inſigni ſua ſapientia excitaſſet. Eodem conſilio eum rerum futurarum praeſcientiam prae ſe tuliſſe dicerem, niſi exempla, quae de ea relata leguntur, tam incerta eſſent. Scilicet *Diogenes* 1, 116. ex eodem *Theopompo*, vt videtur, narrat, eum aliquando, cum ad littus Samium *r*) ambulans nauem vento ſecundo aduentare vidiſſet, dixiſſe fore vt ea paullo poſt ſubmergeretur: idque eo conſpiciente factum eſſe *s*). Non improbabile hoc videbatur *Heinio* p. 314. Deinde pergit narrare *Diogenes*, hauſta ex puteo

q) *Feſtus*: anclabris, menſa miniſteriis diuinis apta. Etymologiam vocabuli θυωρὸς tradit *Tzetzes* ad *Lycophr.* 93. θυωρὸς, ἡ τράπεζα, ἡ τὰ θύη καὶ θυμιάματα ὠρεῦσα καὶ φυλάττουσα.

r) παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς Σάμου. Ita enim, non τῆς ψάμμου, legendum eſſe dudum vidit *Caſaubonus*.

s) Eadem paullulum mutata refert *Apollonius Dyſcolus* hiſt. commentit. c. 5. e cuius loco, vt ex iis quae mox e *Porphyrio* afferentur, confirmatur emendatio *Caſauboni* apud *Diogenem* τῆς Σάμου.

aqua bibiſſe eum et praedixiſſe terrae motum tertio die futurum. Et euentum praedictioni reſpondiſſe. Non dicit *Diogenes*, vbi hoc factum ſit. Sed *Apollonius Dyſcolus t*) inſulam Syrum nominat, *Maximus Tyrius u*) Samum. Ceterum etiam terrae motum recte praedici potuiſſe a phyſico, demonſtrare conatus eſt *Heinius* p. 313. Denique cum Meſſenen Pherecydes veniſſet, dicitur a *Diogene* ſuaſiſſe hoſpiti Perilao, vt cum ſuis in aliam regionem migraret. Quod dum facere cunctaretur Perilaus, Meſſene dicitur ab hoſtibus expugnata fuiſſe. Hanc tertiam narrationem *Heinius*, qui priores duas non improbabiles putauerat, p. 315. oſtendit repugnare chronologiae. Sed omnes tres hiſtoriolas iſtas *Porphyrius* w) docet ad Pythagoram referendas, et a *Theopompo* mala fraude ad Pherecydem relatas eſſe, quo melius tegeret ipſe plagium in *Androne Epheſio* commiſſum, quare etiam locorum nomina immutauerit. Nam ſecundum *Andronis* narrationem Pythagoram, non Pherecydem,

t) in loco modo indicato, vbi Pherecydes narratur magnam inde gloriam reportaſſe. Male vulgo hic legitur ἐν Σκύρῳ pro ἐν Σύρῳ. Idem vitium tollendum eſt e verbis *Seruii* ad *Virgil.* Aen. 3, 76. „inter Myconem et Gyarum, Scyrum vnam de Cycladibus eſſe dicunt: vnde fuit Pherecydes philoſophus.“

u) diſſ. 19, 5. *αὐχμοὺς καὶ ἐπομβρίας καὶ σεισμοὺς γῆς καὶ πυρὸς ἐκβολὰς καὶ πνευμάτων ἐμβολὰς καὶ ἀέρων μεταβολὰς ὁ θεὸς οἷδε μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ὅσοι δαιμόνιοι. Οὕτω καὶ Φερεκύδης σεισμὸν Σαμίοις προεμήνυσε.*

w) apud *Euſeb.* praep. euang. 10, 3. p. 464. ſq.

dem, ſubmerſionem nauis non Sami, ſed Megarae in Sicilia; terrae motum non in Syria, i. e. Syro (vid. §. 1.), ſed Metapontii *x*); expugnationem non Meſſenes, ſed Sybaris praedixiſſe. Quanquam vero et per ſe narrationes tales probabilitate omni carent, et ſpeciatim eae, quas narraui, vix putari poſſunt ad Pherecydem pertinere, cum potius vel ab ipſo Pherecyde ob cauſſam ſupra indicatam, vel ab eius diſcipulis aliisue aſſectatoribus, excogitatae videantur, vel certe a poſteriorum temporum hominibus nimis ſcilicet exornatae: tamen eum ab eiusmodi oſtentationis vel piae cuiusdam fraudis ſuſpicione defendere ego quidem nolim, cum ob ea quae antea ſimilia attuli, tum ob locos quosdam *Origenis y*), qui hoc ſaltem videntur demonſtrare, conſtantem olim famam fuiſſe de Pherecydis vaticinia iactandi ſtudio. *Origenem* enim ita puto argumentari: „Si Celſus di„cit, volucres magis etiam quam Pherecydes, Py„thagoras, Socrates et Plato, qui tamen a popu„laribus

x) Non igitur bonos auctores ſecuti ſunt *Cic.* de Diu. 1, 50. et 2, 13. et *Plin.* H. N. 2, 79. cum hanc de terrae motus praedictione hiſtoriam referant ad Pherecydem. Sed omnino vanitas rei apparere videtur e narrandi diuerſitate et inconſtantia, quae cum ex parte iam a me paullo ante obſeruata ſit, tum magis debet agnoſci loco *Ammiani Marcellini* 22, 16. collato. Hoc enim auctore nec Pythagoras, nec Pherecydes, ſed Anaxagoras, ab Aegyptiis edoctus, putealem limum contrectans tremores futuros praedixit terrae.

y) contr. Celſ. 4, p. 223. 227. 228.

„laribus ſuis diuini z) putati ſunt, diuinae naturae „participes eſſe factas, nempe quoniam aues olim „putabantur rerum futurarum certiſſimae indices: „apparet, hos philoſophos et graues viros minus „a Deo amari, quam animalia ratione carentia. „Quae ſententia e Celſi placitis ſponte fluens cum „et ridicula et abſurda ſit, opinionum illius de aui„um vi diuinatrice, quam opponere conatus eſt „prophetiis in libris Iudaeorum et Chriſtianorum „ſacris commemoratis, vanitas et futilitas a quoli„bet poteſt perſpici.“

§. 8.

Reſtat vt de philoſophico Pherecydis Syrii ſyſtemate, maxime de eius cosmogonia, quaeratur. Quam quaeſtionem cum vel poſſem ſilentio recte praeterire, quia iam a multis non indiligenter tractata fuit, vel etiam deberem, quia non ego hoc mihi ſumo, vt abſtruſae philoſophiae veterum capita omnia ſatis tenere videri velim: tamen ipſe quoque paullo diligentius contemplari conſtitui, tum quia id exigere videbatur diſſertationis meae ratio

z) Huc pertinet locus *Maximi Tyrii* not. u. allatus. Potius tamen phyſicum, quam diuinum, Pherecydem nominandum putat *Cicero* de Diu. 1, 50. Aliter *Tertullianus* de anima p. 665. ed. *Froben.* „Scimus etiam magos eli„cere explorandis occultis procatabolicos et „paredros et pythonicos ſpiritus. Non enim „et Pherecydes Pythagorae magiſter his for„ſan artibus diuinabat, ne dicam ſomniabat. „Quid ſi idem daemon in illo fuit, qui et in „Euphorbo res ſanguinis geſſit?“

ratio atque plenitas, tum quia hoc quoque in genere videbar mihi quaedam animaduertiſſe nondum animaduerſa aut tradita a viris doctis. Tale eſt v. c. quod *Tiedemannus* p. 176. ſecutus fortaſſis *Fabricium a*), dicit, ſolum *Achillem Tatium b*) eſſe, qui Pherecydem perhibeat vna cum Thalete aquam pro primo rerum omnium principio habuiſſe. Nam praeter *Iſacium Tzetzen c*) plane cum *Achille Tatio* conſentit *Scholiaſtes Heſiodi d*). Iam cum *Sextus Empiricus e*) non hoc ſolum referat, Pherecydem dixiſſe, γῆν τὴν πάντων εἶναι ἀρχήν, quam eandem ſententiam ſequuntur *Diogenes Laertius*

a) in notis ad *Sext. Empir.* hypotypoſ. 3, 4. §. 30.

b) in iſagoga ad *Arati* Phaenomena c. 3. p. 123. E. ed. *Petau.* in Vranologio. Pariſ. 1630. fol. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ ὑφιστῶτιν· ὃ δὴ καὶ χάος καλεῖ ὁ Φερεκύδης, ὡς εἰκὸς, τοῦτο ἐπιλεξάμενος παρὰ τοῦ Ἡσιόδου οὕτω λέγοντος (theog. 116.)

ἦ τοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετο.

Παρὰ γὰρ τὸ χεῖσθαι ὑπολαμβάνει τὸ ὕδωρ χάος ὠνομάσθαι.

c) ad *Lycophr.* 145. παλαιὰν τὴν θάλασσαν λέγει, διὰ τὸ πρῶτον εἶναι στοιχεῖον, κατὰ Φερεκύδην καὶ Θαλῆν. Eadem leguntur ap. *Phauorin.* in v. δήναιαν θάλασσαν.

d) ad theog. 116. p. 239. b. Φερεκύδης ὁ Σύριος καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ φασιν εἶναι, τὸ ῥητὸν τοῦ Ἡσιόδου ἀναλαβόντες.

e) Pyrrhon. hypotyp. 3, 4. §. 30.

ertius (1, 119.), *Hermias f*), atque *Probus g*), ſed etiam diſerte *h*) hactenus dicat eum a Thalete receſſiſſe, vt ipſe quidem terram, Thales vero aquam, putaret omnium eſſe principium: videndum eſt, quomodo hae traditiones poſſint inter ſe conciliari.

Scilicet *Diogenes*, *Hermias*, *Probus* ll. ll. *Damaſcius i*), et ex parte *Maximus Tyrius k*) vno ore conſentiunt, Pherecydem tria ſtatuiſſe rerum principia: Ζῆνα, Χθόνα, Χρόνον. Haec illi varie determinant ac definiunt. *Diogenes* quidem docet, ipſum Pherecydei operis initium fuiſſe hoc: *Ζεὺς μὲν καὶ Χρόνος εἰς ἀεὶ καὶ Χθὼν ἦν. Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδοῖ.* His in verbis primam difficultatem parere poteſt illud *εἰς*.

Poteſt

f) irriſ. gentilium philoſophorum c. 12. p. 404. D. edit. Benedictin. ad calcem Iuſtini Martyris, Pariſ. 1742. fol.

g) ad *Virgil.* ecl. 6, 31. „Plane trinam eſſe „mundi originem, et *Lucretius* confitetur „(5, 93-95.) --- *Afranius* etiam in Augure: „Modo poſtquam arripui trabes, hunc noſtrum „augurem, mare, coelum, terram ruere ac „tremere diceres. Conſentit et *Pherecydes*, „ſed diuerſa adfert elementa. Ζῆνα, inquit, „καὶ Χθόνα καὶ Κρόνον, ignem ac terram „tempus ſignificans, et eſſe aethera qui regat „terram, qua regatur tempus, in quo vni„uerſa pars moderetur.“

h) aduerſ. Mathematt. 9, 5. §. 360.

i) de principiis c. 14. p. 257. ſq. in *Ioh. Chph. Wolfii* anecdotis Graecis T. III. Hamb. 1723. 8.

k) diſſ. 10, 4.

Poteſt enim vel εἰς legi vel ἐς. Illam vero lectionem huic praeferendam eſſe, bene oſtendit *Tiedemann* p. 173. ſqq. et luculenter apparet e *Damaſcio*. Alterum, quod difficile explicatu videtur, Iouem dediſſe γέρας τῇ Χθονίῃ, et tum demum hanc fuiſſe terram appellatam, praeclare *Tiedemannus* p. 172. ſq. cum aliis intellexit ſic, vt illud γέρας ſit motus, quo confuſum antea Chaos in ordinem ſit redactum. *Hermias* per Ζῆνα dicit a Pherecyde intellectum fuiſſe aethera, h. e. vltimum et altiſſimum atque vndique circumfuſum et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, interprete *Cicerone* (de Nat. D. 1, 14.), qui breuius etiam (2, 45.) interpretatur ſummam partem coeli. *Hermiae* explicationi nec *Euſtathius l*) repugnat, nec ipſe *Euripides m*). Per Χθονίην autem idem *Her-*

l) ad *Homer.* Odyſſ. α, p. 1387, 24. quem locum non laudaſſem, niſi ibidem paullo poſt, vbi de diuerſis Iouis nominibus agit, haec addidiſſet: Ζὴν, καὶ Ζὰν, καὶ Ζὰς, καὶ Ζῆς, παρὰ Φερεκύδῃ.

m) ap. *Clem. Alex.* protrept. p. 48. A. et ſtromm. 5, p. 603. C.

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

quem locum ſic vertit *Cicero* de N. D. 2, 25.

Vides ſublime fuſum, immoderatum aethera,
Qui tenero terram circumuectu amplectitur?
Hunc ſummum habeto diuum: hunc perhibeto Iouem.

Hermias a Pherecyde dicit terram fuiſſe ſignificatam; per Κρόνον *n*), tempus. Aethera quidem eſſe principium agens, terram autem principium patiens, et tempus id, in quo fiant quae fiunt. Sed *Leutippum* haec vt nugas ſpreuiſſe, et principia rerum putaſſe infinita et minima quaeuis, quorum quae tenuiſſima eſſent, ea in altum aſcenderent et ignis atque aër fierent, quae vero craſſiora, ea ſubſiderent et aqua ac terra exiſterent. Ab *Hermia* non diſſentit *Damaſcius* *o*), qui Pherecydem

cf. *Lucret.* 1, 251. ſq. *Virgil.* Ge. 2, 325. ſqq. Sed *Plato* in Timaeo T. III. p. 58. D. ed. *Steph.* nulla Iouis mentione facta aethera explicat ſic: ἀέρος τὸ εὐαγέστατον, ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος.

n) Ita etiam legi vidimus in loco *Probi.* Sed haec vocabula, Χρόνος et Κρόνος, promiſcue poſita eſſe a veteribus ita puto notum eſſe, vt omni demonſtratione recte mihi videar poſſe ſuperſedere.

o) Verba ſunt: Φερεκύδης ὁ Σύριος Ζῆνα μὲν εἶναι (ita enim legendum eſt pro ζῶντα μενέναι) ἀεὶ, καὶ Χθονίαν, τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς. τὴν μίαν φημὶ πρὸ τῶν δυοῖν, καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν· τὸν δὲ Χρόνον ποιῆσαι ἐκ τοῦ γόνου ἑαυτοῦ Πῦρ καὶ Πνεῦμα καὶ Ὕδωρ· τὴν τριπλῆν οἶμαι φύσιν τοῦ νοητοῦ· ἐξ ὧν ἓν πέντε μυχοῖς διηρημένων πολλὴν γενεὰν συστῆναι θεῶν, τὴν πεντέμψυχον καλουμένην. ταυτὸν δὲ ἴσως εἰπεῖν πεντέκοσμον. Fortaſſis ad haec poſtrema reſpexit *Plato* in Timaeo T. III. p. 55. D. vbi, poſtquam dubitari poſſe dixit, vtrum ſtatuen-

dem docuiſſe dicit: „Iouem, tempus, et terram „fuiſſe tria aeterna rerum principia, ita quidem „vt vnum eorum ante duo exiſtat.“ Quodnam fuerit hoc principium, quod ante reliqua exiſtat, h. e. prius quam reliqua cogitandum ſit, apparere videtur ex iis, quae mox addit: „tempus ſuo par„tu produxiſſe ignem, aerem, aquam.“ Haec enim conueniunt cum iis, quae ex *Hermia* attulimus: in tempore omnia fieri, ita vt ſenſus verborum *Damaſcii* ſit: ſenſim atque adeo procedente tempore e reliquis principiis, aethere et chao, orta eſſe haec elementa: ignem, aerem, aquam. Statim addit *Damaſcius*: „haec tria elementa vna „cum aethere et chao diuiſa fuiſſe per quinque „conclauia,“ h. e. vnumquodque peculiarem aliquam,

ſtatuendi ſint mundi infiniti, an finiti, illud quidem arbitratur hominis indocti futurum eſſe, πότερον δὲ, diſſerere pergit, ἕνα ἢ πέντε αὐτοὺς ἀληθείᾳ πεφυκότας λέγειν προσήκει, μᾶλλον αὖ, ταύτῃ στὰς, εἰκότως διαπορήσει. Illos μυχοὺς commemorat etiam et miro modo explicat *Porphyrius* de antro nymphar. c. 31. πανταχοῦ τοῦ δι᾽ θύρου φύσεως ὄντος συμβόλου, εἰκότως καὶ τὸ ἄντρον οὐ μονόθυρον, ἀλλὰ δύο ἔχον θύρας, ὡσαύτως τοῖς πράγμασιν ἐξηλλαγμένας· καὶ τὰς μὲν, θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προσηκούσας· τὰς δὲ, ἀνητοῖς καὶ φαυλοτέροις. ἀφ᾽ ὧν καὶ Πλάτων ὁρμώμενος, οἶδε καὶ αὐτὸς κρατῆρας, καὶ ἀντὶ τῶν ἀμφορέων λαμβάνει πίθους, καὶ δύο στόματα — τῶν δύο πυλῶν· καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς, καὶ βόθρους, καὶ ἄντρα, καὶ θύρας, καὶ πύλας λέγοντος· καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένου τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις.

quam, in qua operaretur, regionem accepiſſe, quodque deſtinatum fuiſſe peculiari cuidam vſui. „Ex his natam eſſe magnam gentem deorum, quae „πεντέμψυχος fuerit vocata.“ nempe quia et ex illis quinque principiis alia exiſterent, et haec rurſus alia gignerent. „Sed eandem quoque vocari „fortaſſis poſſe πεντάκοσμον.“ nempe quia vnumquodque illorum patet latiſſime. Iam ſi cum his duobus principiis, aethere et chao, et tribus elementis, igni, aëre, aqua, coniungas tempus ac terram, quae non ſeparatim hic iterum commemorare *Damaſcio* placuit, intelligi poterit inſcriptio operis Pherecydei Ἑπτάμυχος, ſupra e *Suida* tradita. Porro *Probi* locus quam ſimilia contineat iis, quae iam ex *Hermia* atque *Damaſcio* appoſui, non eſt opus vt prolixe demonſtrem. Leuem tantum eius verborum transpoſitionem poſtulo hanc: „ignem (h. e. aethera), terram, ac tempus ſigni„ficans.“ Videtur ille quidem ſententiam Pherecydis in eo non ſatis recte cepiſſe, quod tempus dicit terra regi, quam *Hermias* vocauerat patiens principium. Sed cum in vniuerſum non reliquis philoſophiae Pherecydeae expoſitoribus repugnet, ipſe potius terram ab aethere regi dicat: videri poteſt recte quidem rem intellexiſſe, verum obſcurius explicaſſe. *Maximus Tyrius* denique Ζῆνα ſolum et Χθονίην affert, omiſſo Χρόνῳ, ſed addit τὸν ἐν τούτοις Ἔρωτα, quo quid ſignificetur intelligi ſatis poteſt e *Procli* aliquo loco *p*), et e conſuetudine

p) ad *Plat.* Timae. lib. 3. p. 155. ſq. τὴν Ἀφροδίτην παρήγαγεν ὁ δημιουργὸς, ἵνα καλῶς ἐπιλάμπῃ, τάξιν καὶ ἁρμονίαν καὶ κοινωνίαν πᾶσι τοῖς ἐγκοσμίοις, καὶ τὸν Ἔρωτα ὀπαδὸν αὐτῆς,

dine loquendi omnium, qui cosmogonias olim condiderunt, vt *Heſiodi q*), *Empedoclis* et *Parmenidis r*), atque ipſius *Platonis s*), qui omnes ſecuti videntur *Orphei* placita *t*). Scilicet intelligitur vis

αὐτῆς, ἑνοποιὸν ὄντα τῶν ὅλων. ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ ἔρωτος αἰτίαν. ἔστι γὰρ καὶ μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ ἔρως πολυτερπής. εἰκότως ἄρα φιλίας ἐστὶν αἴτιος τοῖς δημιουργήμασι, καὶ ὁμολογίας. καὶ ἴσως πρὸς τοῦτο ἀποβλέπων καὶ ὁ Φερεκύδης ἔλεγεν, εἰς ἔρωτα μεταβεβλῆσθαι τὸν Δία, μέλλοντα δημιουργεῖν. ὅτι δὴ τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστὰς, εἰς ὁμολογίαν καὶ φιλίαν ἤγαγε, καὶ ταυτότητα πᾶσιν ἐνέσπειρε καὶ ἕνωσιν, τὴν δι' ὅλων διήκουσαν.

q) theog. 120. de quo loco inprimis v. *Plat.* Sympoſ. T. III. p. 178. vbi praeter alia, ὁμολογεῖται, inquit, ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις εἶναι. πρεσβύτατος δὲ ὢν, μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν. cf. p. 180. B. et *Plutarch.* amatorr. T. II. p. 756. F.

r) v. *Plutarch.* de facie in orbe lunae T. II. p. 926. ſq.

s) in Symp. l. l. et p. 202. E. et aliis in locis.

t) Certe in Argonauticis v. 422. leguntur haec:

πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν ἔρωτα.

Addi poteſt locus *Damaſcii* p. 256. Ἡσίοδος μοι δοκεῖ πρῶτον γενέσθαι τὸ χάος ἱστορῶν, τὴν ἀκαταλήπτον τοῦ νοητοῦ καὶ ἡνωμένην παντελῶς φύσιν κεκληκέναι χάος· τὴν δὲ τὴν πρώτην ἐκεῖθεν παραγεγν, ὡς τινα ἀρχὴν τῆς ὅλης γε-

vis genitrix omnium rerum, quam vix viuidius pingere poterant, quam imagine amoris, qua et coniunctio ſimilium partium cum ſimilibus et aetheris ſiue Iouis vis penetrandi per materiam et e chao elementa atque ex his reliqua omnia procreandi egregie deſcribitur. Inſignis hanc in rem eſt locus *Euripidis* hic *u*):

τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἣν οὐδ' ἂν εἴποις, οὐδὲ μετρήσειας ἄν
ὅση πέφυκε, καὶ ἐφ' ὅσον διέρχεται.
Αὕτη τρέφει σὲ κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς.
Τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ.
Ἔρᾳ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅτε ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει.
Ἔρᾳ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταυτὸν δύο,
φύουσιν ἡμῖν πάντα καὶ τρέφουσ' ἅμα,
δι' ὧν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Reſtant

νεᾶς τῶν θεῶν· εἰ μὴ ἄρα χάος μὲν τὴν δευτέραν τῶν δυοῖν ἀρχῶν. Τὴν δὲ, καὶ τάρταρον, καὶ ἔρωτα τὸ τριπλοῦν νοητόν. τὸν μὲν ἔρωτα ἀντὶ τοῦ τρίτου, ὡς κατὰ ἐπιστροφὴν θεωρουμένην. τοῦτο γὰρ οὕτως ὀνομάζει καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις. etc.

u) qui locus propter praecipuam praeſtantiam ſaepe et a multis veteribus laudatus reperitur, in

Reſtant nunc reliqua *Maximi Tyrii* verba: *καὶ τὴν Ὀφιονέως γένεσιν, καὶ τὴν θεῶν μάχην, καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸν πέπλον.* quae, ſi nullum praeter hunc locum haberemus, plane non poſſent intelligi. Sed priora, vsque ad *μάχην*, ſatis bene illuſtrantur ab *Origene w*). Scilicet hic apud Pherecydem reperiri dicit narrationem aliquam de exercitu contra alium exercitum in acie collocato, quorum alteri Κρόνος praeſit, alteri Ὀφιονεύς, ita vt vterque alterum prouocet ac aemuletur. Hos narrabat Pherecydes pactionem inter ſe feciſſe, vt, vtri eorum in Ogenum incidiſſent, hi pro victis haberentur, qui vero illos expuliſſent, ii coelum tenerent. His *Origenis* non minus quam illis reliquis *Maximi Tyrii* verbis lucem affert locus *Clementis Alexandrini x*): *Φερεκύδης ὁ Σύριος λέγει· Ζὰς ποιεῖ φάρος μέγα τε καὶ καλόν. καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγῆνον, καὶ τὰ Ὠγήνου δώματα.* Hoc pallium ſ. *φάρος* apud eundem *Clementem y*) dicitur Pherecydes collocaſſe in alata quercu: *τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φάρος· πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν.* Igitur haec omnia allegorice explicanda eſſe, ipſe *Clemens* teſtatur. Sed quomodo explicari poſſint, de eo diſſentiunt viri docti, quorum variorum varias interpretationes attulit *Heinius* p. 330. ſq. Mihi fateor vnice placere eorum explicationem, qui per pallium extenſum ſignificari putant,

in his ab *Athenaeo* 13, p. 599. ſq. qui etiam alios ſimiles locos addidit.

w) contra Celſ. 6, p. 303.

x) ſtromm. 6, p. 621. A. vbi Pherecydem dicit ſua ſumſiſſe ex *Homer.* Il. σ, 483. et 606.

tant, materiam antea conglobatam tandem ab Ioue extenſam fuiſſe, h. e. coelum factum eſſe, ita vt plana ſub coelo exiſteret ſuperficies, quam deinde diuideret in terram continentem et aquas ſiue Oceanum. Hanc enim eſſe vim verborum Ὠγῆνος et Ὠγήνου δώματα, neque cum *Heinio* p. 330. intelligi debere Gehennam, e libris Moſis deſumtam, ſatis perſpici poteſt ex *Heſychio*, et ex iis quae *Salmaſius* p. 842. C. atque *Bochartus* p. 708. ſq. ea de re disputauerunt. cf. *Apollon. Rhod.* 1, 506. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 231. Iam cum quercus, quam quaſi fundamentum fecit Iupiter, in quo coelum collocaret, firmitatis ac duramenti imago ſit, alis autem ſignificetur motus atque celeritas: recte videtur hic verbis Pherecydis tribui poſſe ſenſus: Iupiter coelum non ſolum firmum et durabile effecit, variisque modis exornauit z), ſed ad celerem quoque motum aptum reddidit. Neque enim cum *Tiedemanno* p. 184. per quercum illam puto intelligi poſſe terram, quia ipſa *Clementis* verba videntur huic interpretationi repugnare, et quia veterum philoſophorum fere conſtantem opinionem fuiſſe ſcimus hanc: terram quieſcere, coelum moueri. Ego certe quidem nullo modo poſſum adduci vt credam, quod quidam tradiderunt, Pythagoram terrae adſcripſiſſe motum, nedum vt Pherecydem iam ita ſenſiſſe mihi perſuadeam. Immo anti-

z) Dignus eſt qui hic conferatur locus *Platonis* in Tim. T. III. p. 40. A. Deus τοῦ θείου τὴν πλείστην ἰδέαν --- εὔκυκλον ἐποίει, τίθησί τε εἰς τὴν τοῦ κρατίστου φρόνησιν, ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμασς περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον.

antiquis quoque temporibus impiam putatam fuiſſe hanc ſententiam ſatis conſtat. Quare vel vnum *Plutarchi* α) locum attuliſſe ſufficiet: Ἀρίσταρχος ᾤετο δεῖν Κλεάνθη τὸν Σάμιον ἀσεβείας προκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς κινοῦντα τοῦ κόσμου τὴν ἑστίαν, ὅτι φαινόμενα σώζειν ἀνὴρ ἐπειρᾶτο, μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν, ἅμα καὶ περὶ τὸν αὑτῆς ἄξονα δινουμένην. Et quanquam iam *Plato* β) ſententiam illam amplexus eſſe videatur, tamen hoc ab eo paullo obſcurius dictum fuiſſe ipſe *Cicero* γ) obſeruauit. Itaque cum haec conſtituta eſſent, poteram pergere in explicandis allegoriis Pherecydeis, niſi impedimentum obiectum viderem ab *Heinio* p. 331. ſq. Is enim ea, quae ſupra e *Clemente* attuli, quia hic ipſe deſumſiſſe ſe illa dicit ex *Iſidoro*, Baſilidis Gnoſticae ſectae auctoris filio, pro ſuppoſititiis habere non dubitauit. Inprimis eum, vt ſic ſtatueret, mouiſſe videtur illa ipſa obſcura et ſymbolica loquendi ratio. Ego vero temere hoc factum eſſe arbitror, quia nihil videtur certius eſſe, quam in antiqua theologia reperta fuiſſe talia ſymbolica. Satis perſpicue iam *Clemens* id oſtendit δ): παρεστήσαμεν τὸ συμβολικὸν εἶδος ἀρχαῖον εἶναι, κεχρῆσθαι δὲ αὐτῷ οὐ μόνον τοὺς προφήτας τοὺς

α) de facie in orbe lunae T. II. p. 933. A. v. omnino *Achill. Tat.* introd. in Aratum c. 4. p. 127. D. cf. c. 28. init.

β) in Timaeo p. 40. B. vbi tamen non eum proponere voluiſſe ſententiam ſupra allatam, clarum fit ex alio loco p. 55. D. E.

γ) Acad. 4, 39.

δ) ſtromm. 6, p. 618. A. cf. 2, p. 358. B. 5, p. 569. A. et multis aliis in locis.

παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν παλαιῶν τοὺς πλείονας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὰ ἔθνη βαρβάρων οὐκ ὀλίγους. His poſitis --- nolo enim plura hanc in rem argumenta afferre --- facilius erit ea quoque, quae ex *Origene* attuli, et quae plane non tetigit *Tiedemannus*, expedire. *Origenes* quidem ipſe p. 304. et *Heinius* p. 329. illum Ophionea in theologiam Pherecydis translatum fuiſſe dicunt e libris Moſis, vbi extat notiſſima illa hiſtoria de ſerpente, ὄφει. Conſentit etiam quodammodo *Philo Byblius* in loco ſupra indicato: παρὰ Φοινίκων καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς, ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφιωνέως θεοῦ, καὶ τῶν Ὀφιωνιδῶν. At vero quominus hanc ſententiam ego veram putem, his impedior argumentis. Primo enim manifeſtum eſt, Ophionea apud Pherecydem fuiſſe deum quendam, qui pugnauerit contra Κρόνον, quem ſupra vidimus a Pherecyde poſitum eſſe in rerum principiis. Iam vero notiſſimum eſt, veteres cosmogoniarum conditores ita deſcripſiſſe mundi originem, vt dicerent, deos cum diis vehementer et aſſidue bella geſſiſſe: quibus narrationibus vix aliquid aliud potuerunt ſignificare velle, quam ab initio omnia confuſa fuiſſe, et alterum alteri quaſi repugnaſſe. Apparet igitur, per proſopopoeiam veteribus vſitatiſſimam ex primis rerum principiis et elementis deos factos eſſe ε). Hinc illae gigantomachiae et titanomachiae. Deinde valde veriſimile eſt, Ophioni illi a Pherecyde nomen a ſerpente deriuatum ita tributum fuiſſe, vt notio ſerpentis ipſius plane periret,

ε) Huc pertinet locus *Ariſtotelis* ſupra iam §. 7. not. o. allatus. cf. *Plat.* Timae. T. III. p. 56. ſq.

ret, nec niſi repugnantiae et inimicitiae idea inde remaneret. Huius enim ſymbolum videtur ſerpens fuiſſe ζ). Denique *Origenis* et reliquorum, quos modo commemoraui, opinionem vanam eſſe, declarant et alii ſcriptorum loci, in quibus Ophioneus non hominibus, qui tum nondum erant, vt apud Moſen, ſed diis inimicus fuiſſe dicitur η), et

 inpri-

ζ) Satis hoc poteſt intelligi ex *Artemidoro* oniro-crit. 2, 13. p. 101. ed. *Rigalt.* Pariſ. 1603. 4. qui, ὄφις, inquit, np. quam quis per ſomnium vidit, ἔχθραν ἐπάγει.

η) Talis eſt *Claudiani* locus de raptu Proſerp. 3, 339. ſqq.

Hic (in Aetnaeis cacuminibus) patuli rictus: hic prodigioſa Gigantum
Tergora dependent, et adhuc crudele minantur
Affixae truncis facies, immaniaque oſſa
Serpentum paſſim cumulis exſanguibus albent,
Et rigidae multo ſuſpirant fulmine pelles,
Nullaque non magni iactat ſe nominis arbor.
Haec centumgemini ſtrictos Aegaeonis enſes
Curuata vix fronte leuat. liuentibus illa
Exultat Coei ſpoliis. haec arma Mimantis
Suſtinet. hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior at cunctis abies vmbroſaque late

Ipſius

inprimis totius Pherecydeae philoſophiae nexus, qui videtur hic fere fuiſſe: Ab initio ſtatim tria rerum principia erant, Iupiter, Chthonia, Tempus. Nondum autem ordo quidam rerum apparebat; omnia quae erant, h. e. Chaos ſ. Chthonia, confuſa inter ſe iacebant. Iupiter igitur ea voluit ordinare. Id vero non vno quaſi ictu, ſed ſenſim demum potuit fieri. Cronus enim ſiue Tempus in grauem aduerſarium incidit, neque adeo Iouem in rebus ordinandis adiuuare ſatis potuit, h. e. multum temporis effluxit, antequam Chaos ordinaretur. Hi tamen, Cronus eiusque aduerſarius Ophioneus, tandem conuenerunt inter ſe, hoc quidem pacto, vt qui in Oceanum incidiſſent, pro victis haberentur, reliqui coelum tenerent. Iam vero Cronus ſ. Tempus per ipſam ſui naturam non potuit in Oceanum deiici. Ergo Cronus coelo potitus eſt *), h. e. poſt longum temporis ſpatium tandem

Ipſius Enceladi fumantia geſtat opima
Summi terrigenum regis, cadereteque grauata
Pondere, ni laſſam fulciret proxima quercus.

Quatenus hic locus meam ſententiam adiuuet, non videtur opus eſſe vt oſtendam. Fere eadem cum Pherecyde cecinit *Orpheus* ap. *Apollon. Rhod.* 1, 503. ſqq. cf. *Schol. Aeſchyl.* Prometh. 964. *Schol. Ariſtoph.* nubb. 246. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 1191.

*) Huc ſpectare videtur locus *Tertulliani* de corona militis p. 451. ed. *Froben.* Baſil. 1562. fol. „*Saturnum Pherecydes ante omnes refert*

„co-

tandem coelum exortum eſt. Tum Iupiter, fugato aduerſario, h. e. rerum omnium confuſione ſublata, diſtinxit intra pallium ſuum, h. e. ſub coelo ϑ), terram et aquas. Itaque Iupiter ſ. aether, coniunctus per Ἔρωτα cum Chthonia ſ. Chao, vel vt *Proclus* tradebat, totus quaſi ipſe Amor factus, produxit terram, ignem et aquam. Ex aqua tandem natus eſt aer ι).

Ex his omnibus, quae hactenus dicta ſunt, recte videtur colligi poſſe, Pherecydem ab *Achille Tatio* aliisque recte dici aquam pro primo elemento habuiſſe, modo non negligamus discrimen, quod conſtituendum eſt inter principia rerum et elementa κ). Principia enim Pherecydi erant aether, chaos, tempus; elementa autem, ignis, terra, aqua, aer. Igitur aqua fuit in ſecundariis quaſi rerum principiis, ſed tamen ipſa quoque, cum multis aliis rebus originem dederit, cenſeri potuit in

„*coronatum*.“ np. poſt victoriam de aduerſario reportatam, cuius ſymbolum olim erat corona.

ϑ) Ita enim intelligenda eſſe verba ἐν αὐτῷ in loco *Clementis*, quem ſupra priori loco poſui, facile patet ex altero loco, et magis ex ipſa re. Particula ἐν igitur idem valet quod ἐντός. *Plato* p. 40. C. dixit ἐντὸς οὐρανοῦ.

ι) cf. *Plato* p. 32. B. p. 49. C.

κ) Neque enim nobis licere ab iis quae poetae atque adeo cosmogoniarum auctores vetuſtiſſimi de rerum principiis tradiderunt, recedere, contendit *Plato* p. 40. D. E. p. 53. D. Scilicet ſuum cuique. --- *Ariſtotelis* in hoc genere diligentia laudanda eſt, qui diſtinguere ſolet τὰς ἀρχὰς et τὰ στοιχεῖα.

in primis rerum elementis. Accedit quod ne *Aristoteles* λ) quidem huic explicationi dici potest aduersari. Tradit enim, eos qui miscuerint cum veritate fabulas, nec tamen omnia his inuoluerint, h. e. philosophos vetustissimos, vt Pherecydem et alios nonnullos, primum rerum principium posuisse optimum. Siue enim principium intelligamus, recte potest aether atque adeo Iupiter et agens aliquod principium intelligi, siue de elemento explicemus, possumus de aqua accipere, modo memores simus loci *Pindari* μ); ἄριστον μὲν ὕδωρ, vel *Homeri* ν), vbi Neptunus vocatur πρεσβύτατος καὶ ἄριστος. Vnde etiam Zeno χάος apud *Hesiodum* dixit aquam esse, e qua omnia fierent, etiam terra ξ). Neque reiicienda videtur haec sententia. Vt enim Heraclitus (v. §. 9.), ita etiam Hesiodus, si *Tzetzae* credimus ο), permulta hausit ex Orpheo.

§. 9.

λ) metaph. ν, 4. p. 246. ed. *Sylb.* οἵ γε μεμιγμένοι αὐτῶν (antiquorum poetarum), καὶ τὸ μὴ μυθικῶς ταῦτα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροί τινες, τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον τιθέασι, καὶ οἱ μάγοι, καὶ τῶν ὑστέρων δὲ σοφῶν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, ὁ μὲν τὴν φιλίαν στοιχεῖον, ὁ δὲ τὸν νοῦν ἀρχὴν ποιήσας. cf. *Heinius* p. 332. sq.

μ) Olymp. 1, 1. cf. *Schol. Hom.* Il. ξ, 302.

ν) Odyss. ν, 142.

ξ) v. *Schol. Apollon.* 1, 498.

ο) ad *Lycophr.* 399. Ἡσίοδος ἐν τῇ θεογονίᾳ, τὴν Ὀρφέως ὑποκλέψας καὶ παραφθείρας θεογονίαν.

§. 9.

Quae §. ſuperiori, fortaſſis nimis prolixe, de Pherecydis philoſophia expoſui, ea ſi quis diligenter perpendere voluerit, docere poſſunt; Pherecydem per Iouem ſuum ſ. aethera intellexiſſe naturam aliquam ratione praeditam et ſapientem, quae vi diuina in chaos operata ſit: quam ſententiam et Platonem a) poſtea ſecutum eſſe conſtat, et a Pherecyde aliisque antiquis philoſophis atque poetis ex Aegyptiorum theologia in Graecam translatam fuiſſe probabile eſt. Omnino enim, vt non commemorem, quia ſpuria non ſine cauſſa putantur, quae *Hermes Trismegiſtus b)* habet de cosmogonia Aegyptiorum, plura ſunt, quae ſupra §. 3. tra-

a) Saepe miratus ſum, cur *Plato*, quantum mihi quidem conſtat, ne ſemel quidem meminerit Pherecydis. Et ex iis quidem, quae de plagiis Platonis in ſcriptorum ipſo antiquiorum libris comperta habemus (v. *Thom. Crenii* de furib. librariis diſſ. epiſtolica II. Lugd. Bat. 1708. 8. p. 54-56. et Cel. *F. V. L. Pleſſing* über den Ariſtoteles, in Cel. *Caeſaris* Denkwürdigkeiten aus der philoſoph. Welt, Vol. III. Lipſ. 1786. 8. p. 105-108.) poſſit quis colligere, id fortaſſis a Platone factum eſſe, quo melius plagium commiſſum celaret. Sed poteſt etiam eius rei cauſſa ex nimis caro librorum illo tempore pretio repeti, cuius exempla poſt alios attulit idem *Pleſſing* p. 10. ſq.

b) ſerm. ſacr. c. 3. ἦν σκότος ἄπειρον ἐν ἀβύσσῳ καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα λεπτὸν νοερὸν δυνάμει θείᾳ ὄντα ἐν χάει. ἀνέδη δὲ φῶς ἅγιον, καὶ ἐπάγη ὑπ' ἄμμῳ ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας στοιχεῖα. etc.

3. traditam *Ioſephi* narrationem de Pherecydis peregrinatione ad Aegyptios ſuscepta demonſtrare poſſe videantur, etiamſi *Diodorus Siculus* (1, 96.), vbi recenſet eos Graecorum philoſophos, qui discendi cauſſa Aegyptum adierint, nullam Pherecydis mentionem faciat. Cogitemus enim illum Ophionea: Nonne plane idem eſt cum Typhone *c*), h. e. deorum aduerſarius, atque adeo pugnae elementorum et extremae in chao confuſionis egregia imago *d*)? Cogitemus etiam locum *Damaſcii e*): ἐν Αἰγυπτίοις τισὶ λόγοις --- ἡ μὲν μία τῶν ὅλων ἀρχὴ σκότος ἄγνωστον ὑμνουμένη· καὶ τοῦτο τρὶς ἀναφωνούμενον οὕτως· τὰς δὲ δύο ἀρχὰς ὕδωρ καὶ ψάμμον, ὡς Ἡραΐσκος· ὡς δὲ ὁ πρεσβύτερος αὐτοῦ Ἀσκληπιάδης, ψάμμον καὶ ὕδωρ. etc. Cogitemus denique, apud *Origenem f*) Heraclitum quoque dici de illa deorum pugna expoſuiſſe. Cuius placita de rerum omnium origine eadem fuiſſe, quae Orphei, ſatis colligere poſſumus e *Platone g*), et diſerte dicit *Clemens Alexandrinus h*). Orpheum autem ſcimus ab Aegyptiis petiiſſe maximam ſuae ſapientiae partem. Cum igitur Orphei principia theo-

c) v. *Hellanic.* fragm. III. p. 41. ſqq.

d) *Celſus* ap. *Origenem* 6, p. 303. poſtquam de Ophioneo dixit, τούτου βουλήματος φησὶν ἔχεσθαι καὶ τὰ περὶ τοὺς Τιτάνας καὶ Γίγαντας μυστήρια, θεομαχεῖν ἀπαγγελλομένους· καὶ τὰ παρ' Αἰγυπτίοις περὶ Τυφῶνος, καὶ Ὥρου, καὶ Ὀσίριδος.

e) in *Wolfii* anecdotis Graecis T. III. p. 260. ſq.

f) contr. Celſ. 6, p. 303.

g) in Cratylo, T. I. p. 402. B.

h) ſtromm. 6, p. 629. A. σιωπῶ Ἡράκλειτον τὸν Ἔφέσιον, ὃς παρ' Ὀρφέως τὰ πλεῖστα εἴληφεν.

theogonica non admodum diuerſa ſint a Pherecydeis *i*): luculenter inde apparere puto veritatem narra-

i) Non potui mihi temperare, quin huc apponerem locum *Damaſcii* de principiis c. 13. in *Wolf.* anecd. Graec. T. III. p. 253. ſq. praeſertim cum *Hellanici* in eo fiat mentio: ἡ κατὰ τὸν Ἱερώνυμον φερομένη (Ὀρφικὴ Θεολογία), καὶ Ἑλλάνικον, εἴπερ μὴ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν, οὕτως ἔχει· ὕδωρ ἦν, φησὶν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ὕλη, ἐξ ἧς ἐπάγει (leg. ὑπάγει) ἡ γῆ, δύο ταύτας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος πρῶτος, ὕδωρ καὶ γῆν· ταύτην μὲν ὡς φύσει σκεδαστήν· ἐκεῖνο δὲ, ὡς ταύτης κολλητικόν τε καὶ συνεκτικόν· τὴν δὲ μίαν πρὸ τῶν δυοῖν ἄῤῥητον ἀφίησιν· αὐτὸ γὰῤ τὸ μηδὲ φάναι περὶ αὐτῆς, ἐνδείκνυται αὐτῆς τὴν ἀπόῤῥητον φύσιν· τὴν δὲ τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι ἐκ τούτων, ὕδατος φημὶ καὶ γῆς· δράκοντα εἶναι, κεφαλὰς ἔχοντα προσπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον· ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερά· ὠνομάσθαι δὲ χθόνον ἀγήρατον· καὶ Ἡρακλῆα τὸν αὐτόν· συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν ἀνάγκην φύσιν οὖσαν· τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν, ἀσώματον, διοργωμένην, ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην· ταύτην οἶμαι λέγεσθαι τὴν τρίτην ἀρχὴν κατὰ τὴν οὐσίαν ἑστῶσαν· πλὴν ὅτι ἀρσενόθηλυν αὐτὴν ὑπεστήσατο, πρὸς ἔνδειξιν τῆς πάντων γεννητικῆς αἰτίας· καὶ ὑπολαμβάνω τὴν ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις θεολογίαν ἀφεῖσαν τὰς δύο πρώτας ἀρχὰς, μετὰ τῆς μιᾶς πρὸ τῶν δυοῖν τῆς τῇ σιγῇ παραδοθείσης, ἀπὸ τῆς τρίτης μετὰ τὰς δύο, ταύτης ἐνστήσασθαι τὴν ἀρχὴν, ὡς πρώτης ῥητόν τι ἐχού-

narrationis illius *Ioſephi*. Poſſit etiam quis huc trahere locum *Ammiani Marcellini* k), vbi iis, quae de Anaxagora narrat, paullo ante praemiſit haec: „ſi intelligendi diuini aditionem multiplicem, et „praeſenſionum originem mente vegeta quisquam „voluerit replicare, per mundum omnem inueniet „mathemata huiusmodi ab Aegypto circumlata."

§. 10.

Satis iam de Syrio Pherecyde dictum videtur. Poſtulat inſtituti ratio, vt de Pherecyde Athenienſi et Lerio exponatur. Et Athenienſem quidem Pherecydem *Suidas* dicit antiquiorem eſſe Syrio, quanquam et *Porphyrius*, vt ipſe *Suidas* addit, nullum Syrio Pherecyde antiquiorem agnouit, et *Strabo* a) diſerte dixit: νεώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου (τοῦ Συρίου). Lerium *Suidas* dicit natum eſſe b) paullo ante Olympiadem LXXV. a quo non diſſentit *Euſebius* in canone chronico, qui ad Olymp. LXXXI, 1. p. 169. Φερεκύδης, inquit, ὁ δεύτερος, ἱστοριογράφος, ἐγνωρίζετο. Hunc ſequitur auctor Chronici Paſchalis p. 163. B. Pherecydem ſecundum, hiſtoricum, ponens Olymp. LXXXI. anno

ἐχούσης καὶ σύμμετρον πρὸς ἀνθρώπων ἀνοάς· οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ χρόνος ἀγήρασος, καὶ αἰθέρος καὶ χάους πατήρ. --- καὶ ἤδη ἡ θεολογία πρωτόγονον ἀνυμνεῖ καὶ Δία καλεῖ, πάντων διατάκτορα καὶ ὅλου τοῦ κόσμου. cf. *Tiedem.* p. 60- 63. et ſupra §. 8. not. η.

k) 22, 16. quem locum attuli §. 7. not. x.

a) 10, p. 487. B.

b) Ita enim accipiendum videtur participium γεγονὼς propter locum *Euſebii* mox ſequentem.

anno imperii Artaxerxis Longimani quinto decimo, qui tamen annus incidit in Olymp. LXXXII, 3. Scilicet ſi Pherecydes Lerius natus eſt paullo ante Olymp. LXXV, recte poteſt inclareſcere coepiſſe Olymp. LXXXI. Sed idem *Euſebius* ad Olymp. LX, 2. p. 163. dicit: Φερεκύδης ἱστορικὸς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρου διδάσκαλος, a quo non multum abit auctor Chronici Paſchalis p. 144. A. vbi haec leguntur: νζ' ΟΛΥΜΠΙΑΣ. καί, κβ'. (h. e. anno Cyri maioris vigeſimo primo et ſecundo) Φερεκύδης ἱστοριοποιὸς ἐγνωρίζετο, καὶ Πυθαγόρας. Apparet igitur, hos confudiſſe inter ſe hiſtoricum et philoſophum, et quae ad hunc pertinerent, illi tribuiſſe. Quod ipſum cum ab aliis etiam ſcriptoribus factum eſſe obſeruauerim, recte hic mihi videor quaedam dicere poſſe de ſolemni iſta Pherecydarum confuſione. Et de *Luciani* quidem ac *Freculphi* hoc in genere erroribus ſupra iam dictum eſt §. 1. et 4. Nunc addo alios. *Georgius* enim *Syncellus* c) ſtatim poſtquam de Theognide et Piſiſtrato dixit, Φερεκύδης, inquit, ἱστορικὸς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρου διδάσκαλος. *Clemens Alexandrinus* d), φασί, inquit, καὶ Ἰδανθούραν e) τὸν Σκυθῶν βασιλέα, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης ὁ Σύριος, Δαρείῳ

c) chronograph. p. 238. ed. Pariſ. 1652. fol. --- *Euſebium* laudaui ex edit. *Scaligeri* in theſ. temporum, et Chronicon Paſchale ex edit. *du Freſne*, Pariſ. 1688. fol.

d) ſtromm. 5, p. 567. C. D.

e) *Herodotus* 4, 126. ſq. hunc regem vocat Ἰνδάθυρσον, *Iuſtinus* 2, 5, 8. Iancyrum. Sed fortaſſis apud *Herodotum* vera ſcriptura fuit Ἰδάνθουρος, apud *Iuſtinum* Idantyrus vel Idanthyrus. v. *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 846. A.

ρείῳ διαβάντι τὸν Ἴστρον, πόλεμον ἀπειλοῦντα πέμψαι σύμβολον ἀντὶ τῶν γραμμάτων, μῦν, βάτραχον, ἔρνιθα, ὀϊστὸν, ἄροτρον. ἀπορίας δὲ οὔσης οἵας εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις, Ὀροντοπάγας μὲν ὁ χιλιάρχος ἔλεγεν, παραδώσειν αὐτοὺς τὴν ἀρχήν· τεκμαιρόμενος ἀπὸ μὲν τοῦ μυὸς, τὰς οἰκήσεις· ἀπὸ δὲ τοῦ βατράχου, τὰ ὕδατα· τὸν ἀέρα τε ἀπὸ τῆς ὄρνιθος· καὶ ἀπὸ τοῦ ὀϊστοῦ, τὰ ὅπλα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρότρου, τὴν χώραν. Ξιφόδρης δὲ ἔμπαλιν ἡρμήνευσεν· ἔφασκε γὰρ, ἐὰν μὴ ὡς ὄρνιθες ἀναπτώμεν, ἢ ὡς μύες κατὰ τῆς γῆς, ἢ ὡς οἱ βάτραχοι καθ' ὕδατος δύωμεν, οὐκ ἂν φύγοιμεν τὰ ἐκείνων βέλη· τῆς γὰρ χώρας οὐκ ἐσμὲν κύριοι. Ἀναίχαρσίν τε τὸν Σκύθην φησὶ καὶ αὐτὸν κοιμώμενον κατέχειν, τῇ μὲν λαιᾷ, τὰ αἰδοῖα· τῇ δεξιᾷ δὲ, τὸ στόμα· αἰνιττόμενον, δεῖν μὲν ἀμφοῖν, μεῖζον δὲ εἶναι γλώττης κρατεῖν ἢ ἡδονῆς. Iam vero *Voſſius f)* videtur ſatis

f) p. 445-47. cuius disputationi, quae inprimis in eo verſatur, vt oſtendat, plures olim ſcriptores duplicibus gentis nominibus appellatos fuiſſe, altero petito ab illo loco, in quo nati, altero ab eo, vbi diu commorati eſſent, iungi poſſunt, quae *Salmaſius* habet p. 846. A. et quae de Hellanicorum confuſione ipſe dixi in Commentat. de Hellanico p. 29. ſq. item quod Linus, licet vere Chalcidenſis fuerit, tamen cum diu Thebis permanſerit, ibique fuerit humo conditus, teſte *Pauſania* (9, 29. extr.), ideo Thebanus vocatus eſt. Quod aperte probat eius epitaphium a *Diogene Laertio* (1, 4.) allatum. v. *Montfaucon* diſſ. de priſcis Graecorum et Latinorum litteris, adiecta eius Palaeographiae Graecae, §. 22. p. 559.

tis demonſtraſſe, Lerium Pherecydem eundem eſſe cum Athenienſi, et hiſtorici, non philoſophi, nomine hic opus eſſe patet. Itaque plane non dubito, quin apud *Clementem*, ſiue huic ipſi tribuendus ſit error, ſiue deſcriptoribus eius, cum *Tiedemanno* p. 169. pro Σύριος legendum ſit Λέριος *g*). *Photius* ex *Helladio* Pherecydem Syrum, qui genealogiam ſcripſerit, narrat phthiriaſi laboraſſe et magno animo *h*) hanc calamitatem tuliſſe. Scimus vero e ſuperioribus, Syrio Pherecydi, h. e. philoſopho, a multis tribui iſtum morbum. Et quanquam *Andron Epheſius i*) duo Syrios Pherecydas fuiſſe dicit, alterum aſtrologum, alterum theologum, filium Badyis et Pythagorae magiſtrum *k*): tamen *Eratoſthenes* vnum tantum Syrium Pherecydem agnoſcit, qui ſane potuit et aſtronomiam callere et de cosmogonia philoſophari *l*), et alterum Athenienſem, γενεαλόγον, quod ipſum a *Dionyſio Hali-*

g) cf. *Salmaſ.* p. 842. C. p. 846. A.

h) Nam γενναίως pro γενικῶς mihi legendum videri; iam ſupra oſtendi §. 7.

i) ap. *Diog. Laert.* 1, 119. vbi etiam *Eratoſthenis* ſententia commemoratur.

k) Hanc ſententiam poſt longam et confuſam disputationem tandem amplectitur *Salmaſius* p. 844. C.

l) *Plato* in Timaeo T. III. p. 27. A. ἔδοξέν ἡμῖν Τίμαιον, ὅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν.

Halicarnaſſenſi m) confirmatur. Fuit enim antiquiſſimorum hiſtoricorum haec conſuetudo, vt genealogias conderent *n*), quod ſtudium quam vtile fuerit ad conſtituendam aliquam chronologiam, et quam praeclare viam parauerit ad verae hiſtoriae tractationem accuratiorem, nulla eget demonſtratione *o*). Ergo plane erraſſe putandus eſt *Photius ſiue Helladius*, qui Pherecydi Syro ſ. Syrio tribueret opus genealogicum, quod a Pherecyde Athenienſi ſ. Lerio profectum eſſe probabile ſit ex iis, quae de huius ſcriptis *Suidas* attulit. Quare etiam cum *Salmaſio* p. 846. ſq. opus hoc genealogicum puto

m) archaeol. 1, p. 10. ed. *Sylb.* p. 35. ed. *Reisk.*

n) Sic *Acuſilai γενεαλογίαι* laudat *Schol. Apollon.* 4, 1142. et *Hecataei γενεαλογικὰ Stephanus Byzant.* in v. Ἀμφαναὶ et Μελία, et *Athenaeus* 4, p. 148. F. cf. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 911. ſq.

o) Pertinet huc locus *Platonis* in Timaeo T. III. p. 22. Σόλων ἔφη --- προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς (Aegyptiorum ſacerdotes) περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους, --- τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας, ὡς διεγένοντο, μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν· καὶ τὰ τῶν ἐτῶν ὅσα ἦν οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων, τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν. cf. *de Bougainville* vues générales ſur les antiquités Grecques du premier âge, et ſur les premiers hiſtoriens de la nation Grecque, conſidérés par rapport à la chronologie, in Memm. de l' acad. royale des I. et des B. L. Vol. XXVIIII. p. 67. ſq.

puto esse illud ipsum opus de theogonia, quod idem vir doctus p. 842. A. recte videtur longe diuersum putare a θεολογίᾳ, quam supra §. 6. vidimus esse Syrii Pherecydis. Praeter hos antiquos scriptores poteram etiam multos recentiorum temporum viros doctos, eiusdem in confundendis Pherecyde philosopho et historico negligentiae reos, commemorare. Sed sufficiat vnum *Spanhemium* p) nominasse. Iam ex his omnibus simul sumtis recte colligi arbitror, historicum nostrum tertio fere anno post Herodotum esse natum, quinto decimo post Hellanicum q). Non igitur vixit Darii Hystaspidae temporibus, quae erat *Vossii* p. 444. opinio, nec ante Xerxis expeditionem in Graeciam, vt Illustr. *Heynius* putabat r), nec fuit Herodoto antiquior, aut Hecataeo Milesio aequalis s). Non igitur reprehendenda est *Isidori* t) ratio, qua Pherecydem dicit fuisse Esrae aequalem, et post Herodotum claruisse. Esra enim anno Artaxerxis Longimani septimo, h. e. Olymp. LXXX, 3, accepit a rege potestatem in Iudaeam migrandi, ibique et religionem et politiam instaurandi. Quodsi ve-

p) ad *Callimach.* hymn. in lauacr. Pall. 82.

q) Herodotus enim natus est Olymp. LXXIIII, 1.

r) ad *Apollodor.* p. 923. Scilicet natus esse potuit Pherecydes ante Xerxis expeditionem illam paucos tantum annos.

s) Ita aetatem Pherecydis definiuit idem *Heyn.* p. 994. et 809. Sed Hecataeus Milesius non videtur vltra Olymp. LXXIII, 4. vixisse. v. Commentat. de Hellanico p. 4.

t) origg. I, 41.

rum eſt, quod *Lucianus* tradit *u*), Pherecydem octoginta quinque annos vixiſſe, apparet eum mortuum eſſe Olymp. LXXXXVI, 1. qui ipſe annus erat Platonis trigeſimus ſecundus.

§. II.

De ſcriptis huius Pherecydis nihil, quod plane certum ſit, relatum legimus. Nam quod *Suidas* dicit, eum a nonnullis perhiberi τὰ Ὀρφέως collegiſſe, id, niſi me omnia fallunt, dupliciter explicari poteſt. Τὰ Ὀρφέως enim poſſunt vel ſcripta Orphei ſiue poemata eſſe, vel de rebus philoſophicis placita. Si prior explicatio vera eſt, nil obſtat quo minus Pherecydem Athenienſem dicamus verſiculos Orphei paſſim ſparſos collegiſſe atque ſic ab interitu ſeruaſſe. Sed ſi alteram interpretationem ſequendam putamus, parum abeſt quin Pherecydem Athenienſem hic quoque confuſum exiſtimem cum Syrio. Hic enim, vt ſupra §. 9. demonſtratum eſt, de nonnullis conſenſit cum Orpheo, et ad hunc Syrium etiam apud *Suidam* referri poteſt articulus ὅν. Vtut ſit, ea ſaltem certa videntur eſſe, quae *Suidas* tradit de eius operibus reliquis, praeter illud, quod inſcriptum fuiſſe ait Αὐτόχθονας. Etſi enim ab Etymologici

u) Huius enim locum non de Pherecyde philoſopho, ſed de hiſtorico accipiendum eſſe, cum ſupra iam §. 1. innuerim, tum ex eo luculenter cognoſci poteſt, quod primo dicit ſe expoſiturum eſſe de hiſtoricis, deinde vero Hellanicum affert, et ſtatim poſt hunc aetatem Pherecydis indicat.

logici magni auctore *a*) laudatur Φερεκύδης ἐν τοῖς Αὐτόχθοσιν, tamen *Sylburgius* in indice reponendum ibi putauit Φερεκράτης. quam correctionem plane ſibi placere oſtendit Ill. *Heynius b*), ita vt etiam *Suidam* putet in ſimilem locum corruptum incidiſſe. Sane ego quoque vt horum virorum ſententiae accedam, pene moueor his fere argumentis. Quanquam enim non conſtat, Pherecratem quandam comoediarum ſuarum inſcripſiſſe Αὐτόχθονας, quare fortaſſis quis hoc nomen putare poſſit e nomine Αὐτόμολοι ortum eſſe, quo nomine fuit Pherecratis fabula aliqua *): tamen ſimili

 omnino

a) Verba ſunt: Βοηδρομιών, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις εἴρηται· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐτιματο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. ἀπὸ οὖν τῆς τοῦ στρατεύματος βοῆς τῆς ἐπὶ τῷ ἄστει δραμούσης, ὅ τε Ἀπόλλων Βοηδρόμιος ἐκλήθη, καὶ ἡ θυσία, καὶ ὁ μήν. καὶ τὰ Βοηδρόμια ἐτελεῖτο ἑορτή. Φερεκύδης δὲ ἐν τοῖς Αὐτόχθοσι, διὰ τῆς φωνῆς σημεῖον, ἣν τὸ πρότερον ἀξύνετον οὖσαν εὗρε καὶ διήρθρωσεν. De re ipſa v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Apoll. 69. *Pet. Caſtellan.* de feſtis Graec. in *Gronouii* theſ. antiquitt. Graec. T. VII. p. 624. ſq. *Meurſ.* Graecia feriata, in eodem Gronouiani operis tomo p. 741.

b) ad *Apollod.* p. 995.

*) v. *Meurſ.* biblioth. Att. in *Gronou.* theſ. T. X. p. 1579. D. Saltem etiam aliis in locis librarii reperiuntur poſuiſſe hoc notius nomen Αὐτόχθονες pro minus notis, vt apud *Achillem Tatium* introd. in Arat. c. 29. extr. pro ἀντίχθονες.

omnino ratione ſaepius errauit *Suidas*, cuius generis luculentum exemplum detexiſſe mihi videor in commentatione de Hellanico p. 28. Facile item fieri potuit, vt *Suidas* in libris, quos exſcripſit, reperiret lectionem ita deprauatam, quia librariis notiſſimum erat Pherecydis nomen. Vnde etiam intelligi poteſt, me in Hellanico meo p. 106. contra viros doctos recte tuitum eſſe lectionem Φερεκράτης apud *Schol. Eurip.* Phoenn. 666. vbi emendarant Φερεκύδης. Profecto enim vix eſt credibile, quam ſaepe turpiſſime, etiam in nobiliſſimis veterum ſcriptorum nominibus, peccatum fuerit a recentioribus librorum editoribus aeque ac a ſuperiorum ſeculorum librariis. Quis v. c. non miretur, apud *Iſidorum* (origg. 1, 37. et 38.) non animaduerſum fuiſſe vitium ſcripturae *Pherecides*, et c. 41. *Phaerecides*, item apud *Galenum* c) Φερεκίδου, etc.? Cui non bilem moueat librariorum tam veterum quam recentiorum ſupina negligentia, qua impediti non viderunt, apud *Iſidorum* (origg. 1, 38.) pro *Achateſius* ponendum eſſe *Hecataeus*, apud *Freculphum* in loco ad §. 2. indicato pro *Ferechites* ſcribendum eſſe *Pherecydes*, et *Xenophanes* pro *Xenohipnes*? Quidni igitur etiam Pherecydis nomen ſubſtitui potuerit a ſciolis ſcribis pro Pherecratis nomine? Certe ſimilis error latet apud *Phauorinum* d): πάλλαντες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὡς φησι Φερεκύδης. Veram enim lectionem docet *Euſtathii* locus e), e quo *Phauorinus* ſua

c) ad *Hippocr.* epidem. 2, 5. T. VIIII. opp. p. 156. A. ed *Chart.*

d) in v. Παλλάδα. De re ipſa cf. *Euſtath.* ad Odyſſ. α, p. 1419, 50.

e) ad *Homer.* Il. α, p. 84.

ſua deſcripſit: *πάλλαντες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὥς φησι Φιλιστίδης ἐν συγγενικοῖς.* Hic patet male a lexici compilatore omiſſum eſſe nomen operis, quod, ſi additum fuiſſet, facile potuiſſet attentos reddere lectores *f*). Quae cum ita ſint, cumque Pherecydis *Αὐτόχθονες* a nemine praeter Etymologum laudati fuerint vnquam, ſaepiſſime autem e Pherecydis *Ἱστορίαις* teſtimonia petantur, ita vt non veriſimile ſit, *Suidam*, cum ſemel exponere conſtituiſſet de eius ſcriptis, omiſſurum fuiſſe opus illud nobiliſſimum: poſſit ſane quis exiſtimare, in *Suidae* loco vel *Αὐτόχθονας* mutandum eſſe in *Ἱστορίας*, vel omnino ſic reſcribendum: *ἔγραψε περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας.* Ego tamen id non facile auſim, quoniam, ſi quis mihi opponeret Pherecydis Syrii exemplum, cuius opus et ipſum a ſolo *Suida* vidimus nominari *Ἑπτάμυχον*, non haberem quod reſponderem, niſi forte hoc: videri tamen inſcriptionem *Αὐτόχθονας* fabulam potius ſcenicam ſapere, quam veram hiſtoriam.

§. 12.

Hoc opus *Ἱστοριῶν* ego quidem ſemper intelligendum puto, quotiescunque Pherecydis *ἱστορίαι* laudantur, vel vbi ille dicitur *ἱστορῆσαι* de aliqua re. Etſi enim *Tiedemannus* p. 171. etiam Syrii opus opinatur *ἱστορίας* dici potuiſſe, tamen hanc

 ratio-

f) Hoc idem *Philiſtidis* nomen ſuspicabar aliquando reponendum eſſe ap. *Strab.* 3, p. 169. C. *Εὐθείαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης.* Nam *Plinius* H. N. 4, 22. „inſula, inquit, in qua prius oppidum Gadium fuit, vocatur ab *Ephoro* et *Philiſtide* Erythia.“

rationem non ſequendam arbitror ideo, quia et alias, cum de vetuſto aliquo ſcriptore verba ἱστορία et ἱστορεῖν adhibita legimus, fere ſemper quin recte ea de hiſtorico intelligantur nemo dubitat, et, quod maximum eſt, ex iis, quae ſupra de Syrii Heptamycho attuli, ſatis conſtare videtur, in hoc nil niſi cosmogoniam tractatam fuiſſe. A cosmogonia autem plane diuerſam eſſe mythologiam illam, quae hiſtoriis in Pherecydis Athenienſis opere narratis immixta reperitur, neque vetuſtiſſimos hiſtoricos a mythis plane abſtinuiſſe, diſerte indicatur a *Dionyſio Halicarnaſſenſi a*), vbi Pherecydem τὸν γενεαλόγον ponit in μυθογράφων veterum numero, et intelligetur ex ipſis reliquiis libri paullo poſt a me exponendis *b*). Mihi certe diſtinguenda videtur mythologia philoſophica et hiſtorica. Illa tractat rerum originem ac naturam, et, quia antiquiſſimis temporibus homines nimis ſubiecti erant ſenſuum imperio, atque adeo vix aliquid de rebus metaphyſicis niſi per ſymbola et imagines cognoſcere poterant, a philoſophis adhibenda fuit neceſſario, ita vt rerum principia et elementa mutaret in perſonas, hasque ad certius excitandam hominum indoctorum attentionem deos faceret. Haec exponit de hominibus rerum geſtarum ſplendore et meritorum in alios praeſtantia olim nobilitatis, qui vere aliquando vixerunt, ſed quorum et aetas incognita erat, et merita maiora videbantur, quam quae ab hominibus proficiſci potuis-

a) archaeol. 1, 13. p. 10. ed. *Sylb.* p. 35. ed. *Reisk.*

b) cf. quae de Hellanici more dixi in commentat. de eo p. 9. ſq. laudato etiam loco *Cic.* de Or. 2, 12. vbi ſimul de Pherecyde agitur.

potuiſſent. Mythologia igitur hiſtorica illos in deorum numero recenſet. Cum vero a diis non niſi magna et eximia fieri probabile eſſet, per poetarum phantaſiam factum eſt, vt multa de iis mira et fabuloſa narrarentur, quorum admixtione verum a falſo vel plane non vel raro ac dubie discerni nunc poteſt. Hac igitur mythologia, in qua etiam gentium atque vrbium origines tradebantur, vſi ſunt Hecataeus Mileſius, Hellanicus Lesbius, Pherecydes Athenienſis, et alii. Prius mythologiae genus celebrarunt Orpheus, Heſiodus in theogonia *c*), Pherecydes Syrius, Empedocles, etc. Negari tamen non poteſt, antiquiſſima iam aetate quosdam, quibus paullo ſubtilius meditari datum eſſet, v. c. Thaletem, hauſiſſe quidem ſua ex antiquis cosmogoniis ſiue theogoniis, ſed verbis magis propriis propoſuiſſe, ita vt paullo propius accederent ad poſteriorum philoſophorum grauitatem et ſubtilitatem. Debemus etiam fateri, non tam religioſe obſeruatum fuiſſe ab omnibus mythologiae philoſophicae et hiſtoricae discrimen, quin poetae maxime, ſed etiam philoſophi, vel imprudentes et inuiti, vel data opera, cum ad ſententiam ſuam confirmandam traditionibus quibusdam alterius-utrius mythologiae vidiſſent opus eſſe, vtramque iunxerint, vel potius confuderint, ita vt difficillimum ſit factu, interdum etiam plane non fieri poſſit, vt alteram recte ab altera diſtinguamus. Sed de his omnibus alio tempore fortaſſis plura exponendi

c) Ab hoc tamen, et multo magis ab *Homero*, quos deinde alii poetae longo ordine ſecuti ſunt, iam commixtum videtur vtrumque genus.

nendi erit occaſio *d*). Nunc ad Pherecydem redeamus, cuius opus hiſtoriarum *Suidas* dicit partitum fuiſſe in decem libros. Quae eius relatio num omnino vera putanda ſit, equidem definire me poſſe nego. Cum enim non ſolum apud *Scholiaſten Apollonii e*) Pherecydes laudetur ἐν δωδεκάτῳ, quod ſane cum *Heynio* l. l. quis mutari facile poſſe putet in τῷ δεκάτῳ, ſed etiam apud *Phauorinum* in v. Ἀκρίσιος, vbi verba illius Scholiaſtae exſcripta reperiuntur, ἐν δωδεκάτῃ, quae lectio non aeque facile refingi poteſt: fateor me dubium haerere, vtrum apud *Suidam* legendum arbitrer δώδεκα, an in reliquorum grammaticorum locis τῷ δεκάτῳ et τῇ δεκάτῃ. Vnde inceperit et quousque perduxerit Pherecydes hoc opus, plane nos ignorare fatendum eſt. *Salmaſius* tamen p. 847. videtur non improbabiliter ſtatuere, illud et argumento et ambitu ſimile fuiſſe bibliothecae *Apollodori*, quam docet fuiſſe ſynopſin et epitomen cycli epici, atque adeo a deorum generatione ex Coelo et Terra vsque ad reditum Vlyſſis in Ithacam pertinuiſſe *f*). Idem *Salmaſius* p. 846. hunc quoque Athenienſem Pherecydem ſcripſiſſe putat Ionica dialecto, cum quia Leros fuerit Ionici generis inſula, tum ob locum aliquem Pherecydis a Scho-

d) Interim hac de re legi poteſt *Herm. von der Hardt* diſſ. de Pherecyde et Herodoto, Diodoro Siculo et Apollodoro, hiſtoricis vetuſtis, eorumque ſymbolico ſcribendi charactere, quae extat in eius Aenigmatis priſci orbis, (Helmſt. 1723. fol.) p. 487-95.

e) 4, 1091, quem locum *Tiedemannus* p. 171. inuenire ſe potuiſſe negat. v. fragm. II.

f) cf. Ill. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 940. ſqq.

Scholiaſta Apollonii (3, 1178.) ſeruatum, qui legi poteſt infra fragm. XVI. et quem idem vir doctus hanc in rem laudauit in libro de helleniſtica p. 409. Et ex hac quidem ſententia vere fluere puto, quod ipſe vir magnus inde deriuauit, Pherecydem hunc noſtrum natum eſſe in inſula Lero, cuius etiam origines et fortunam libro peculiari deſcripſiſſe dicitur a *Suida*, diu autem commoratum Athenis. Poſſit quis ad hanc veterem, qua Pherecydes vſus ſit, dialectum Ionicam referendum putare vocabulum κρώπιον, quod ille pro vocabulo δρεπάνη legitur adhibuiſſe *g*) in nobiliſſima illa de morte Codri hiſtoria, regis Athenienſium vltimi, de quo, vt hoc obiter addam, ſic iudicat apud *Platonem h*) Diotima: οἴει σὺ --- ἢ Ἀχιλλέα Πατρόκλῳ ἐπιποθανεῖν, ἢ προαποθανεῖν ἂν τὸν ἡμέτερον Κόδρον ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν παίδων, μὴ οἰομένους ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς περὶ αὑτῶν ἔσεσθαι, ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν; Certe *falx* ſimpliciter vocatur a *Valerio Maximo* (5, 6, ext. 1.) et *Iuſtino* (2, 6, 20.)

Sed

g) *Pollux* 10, 128. δρεπάνη, καὶ ὡς Φερεκύδης ὠνόμασε, κρώπιον· περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λέγων, ὅτι ὡς ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξῆλθεν ἐν ἀγροίκῳ τῇ σκευῇ βουλόμενος λαθεῖν, φησὶν ὅτι τῷ κρωπίῳ τινὰ παίσας ἀπέκτεινε.

h) in Sympoſ. T. III. p. 208. D. ed. *Steph.* Omnino de hoc Codri facto non eodem modo iudicaſſe reperiuntur veteres. Alii ex inſigni quadam animi magnitudine deriuabant, vnde prouerbium εὐγενέστερος Κόδρου (v. *Zenodot.* prouerbb. 4, 3.), alii tribuebant nimiae ſimplicitati ac temeritati, vnde factum eſt, vt Κόδροι appellarentur οἱ δὶ ἀρχαιότητα εὐήθεις. v. *Euſtath.* ad Odyſſ. α, p. 1391, 37.

Sed fuit haud dubie peculiare aliquod falcis maioris genus. Nam eo, quo gramina secantur, vix quenquam interfeciſſet. Puto igitur, non peculiari cuidam dialecto, ſed ipſi rei naturae obſecutum Pherecydem illo nomine vſum eſſe, quo magis appareret, qua potiſſimum falcium ſpecie i) caedem Codrus patrauerit. Sed cum etiam prior illa *Salmaſii* ratio mihi valde probetur, inprimis quia nemo, qui Pherecydis narrationes cum traditionibus Apollodori contulerit, negare poteſt, Pherecydem ab Apollodoro lectum fuiſſe; in ordinandis hiſtoriarum Pherecydis reliquiis ita verſari conabor, vt quantum quidem per earum paucitatem et per librorum ordinem a grammaticis indicatum aliasue cauſſas fieri potuerit, ſequar maxime bibliothecam Apollodori.

i) De variis falcium generibus, apud Romanos ſaltem, locus claſſicus eſt ap. *Catonem* de re ruſt. c. 11.

HISTORIARVM PHERECYDIS RELIQVIAE E VARIIS SCRIPTORIBVS COLLECTAE EMENDATAE ILLVSTRATAE

E LIBRO I.

I.

Steph. Byz. Ὑσίαι, πόλις Βοιωτίας. — ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις, ὡς Φερεκύδης πρώτῳ.

Hoc oppidum, quod etiam Ὑσίαι vocabatur, ſitum fuit in confinio Arcadiae et Argolidis, iuxta Parthenium montem, quod apparet e *Pauſ.* 8, 6. qui 2, 24. extr. oppidum iſtud in Argolide collocat aeque ac *Strabo* 8, p. 376. C. vbi τόπος γνώριμος vocatur. Nec diuerſum videtur oppidum Hiſiae ap. *Plin.* H. N. 4, 5. quanquam in Achaia ponit.

II.

Schol. Apollon. 4, 1091. et *Phauorin.* in v. Ἀκρίσιος· Φερεκύδης ἐν δωδεκάτῳ (*Phau.* δωδεκάτῃ, v. ſupra §. 12.) ἱστορεῖ, ὡς Ἀκρίσιος γαμεῖ Εὐρυδίκην τὴν Λακεδαίμονος· τῶν δὲ γίνεται Δαναή· χρωμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ἄρσενος παιδὸς, ἔχρησεν ὁ θεὸς

ἐν

ἐν Πυθοῖ, ὅτι αὐτῷ μὲν οὐκ ἔσται παῖς ἄρσην, ἐκ δὲ τῆς θυγατρός· πρὸς οὗ αὐτὸν δεῖ ἀπολέσθαι. ὁ δὲ ἐπανελθὼν (*Phau.* παρελθὼν) εἰς Ἄργος, θάλαμον ποιεῖ χαλκοῦν ἐν τῇ αὐλῇ τῆς οἰκίας κατὰ γῆς, ἔνθα τὴν Δανάην εἰσάγει μετὰ τῆς τροφοῦ. ἐν ᾧ αὐτὴν ἐφύλασσεν, ὅπως ἐξ αὐτῆς παῖς μὴ γένηται. ἐρασθεὶς δὲ Ζεὺς (*Phau.* ὁ Ζεὺς) τῆς παιδὸς, ἐκ τοῦ ὀρόφου χρυσῷ παραπλήσιος ῥεῖ· ἡ δὲ ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ. καὶ ἐκφήνας (*Phau.* ἐκφήνας δὲ) αὐτὸν ὁ Ζεὺς τῇ παιδὶ μίγνυται· τῶν δὲ γίνεται Περσεύς, καὶ ἐκτρέφει αὐτὸν ἡ Δανάη καὶ ἡ τροφὸς, κρύπτουσαι (*Phau.* κρύπτουσα) Ἀκρίσιον. ὅτε δὲ Περσεὺς τριέτης ἢ τετραέτης ἐγένετο, ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς φωνῆς παίζοντος· καὶ διὰ τῶν θεραπόντων μεταπαλεσάμενος τὴν Δανάην σὺν τῇ τροφῷ, τὴν μὲν ἀναιρεῖ· Δανάην δὲ καταγει σὺν τῷ παιδὶ ἐπὶ τὸν ὑπὸ τοῦ Ἑρκίου Διὸς βωμόν. μόνος δὲ αὐτὴν ἐρωτᾷ, πόθεν εἴη αὐτῇ γεγονὼς ὁ παῖς. ἡ δὲ ἔφη· ἐκ Διός. ὁ δὲ οὐ πείθεται, ἀλλ' εἰς λάρναπα ἐμβιβάζει αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδός. καὶ κλείσας καταπόντοι. καὶ φερόμενοι ἀφικνοῦνται εἰς Σέριφον τὴν νῆσον. καὶ αὐτοὺς ἐξέλκει Δίκτυς ὁ Περισθένους, δικτύῳ ἁλιεύων. εἶτα ἡ Δανάη ἀνοίξας ἱκετεύει τὴν λάρναπα. ὁ δὲ ἀνοίξας, καὶ μαθὼν οἵ τινές εἰσιν, ἄγει εἰς τὸν οἶκον, καὶ τρέφει ὡς ἂν συγγενεῖς αὐτοῦ ὄντας. ἦσαν γὰρ ὁ Δίκτυς καὶ ὁ Πολυδέκτης, Ἀνδροθόης τῆς Κάστορος, καὶ Περισθένους τοῦ Δαμάστορος, τοῦ Ναυπλίου, τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀμυμώνης (*Phau.* Ἀμυμόνης), ὡς Φερεκύδης ἐν πρώτῳ (*Phau.* πρώτῃ). ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ περὶ τοῦ θανάτου προστίθησι Φερεκύδης τοῦ Ἀκρισίου, ὅτι μετὰ τὴν ἀπόλιθωσιν Πολυδέκτου τῷ σὺν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς Γοργόνος ἐν Σερίφῳ (*Phau.* paullo clarius: μετὰ τὴν ἐν Σερίφῳ ἀπόλιθωσιν Πολυδέκτου τοῦ σὺν αὐτῷ τὴν ἐκ τῆς Γοργόνης (leg. Γοργόνος) κεφαλῆς), Δίκτυν μὲν Περσεὺς ἀπολείπει ἐν τῇ Σερίφῳ βασιλεύειν

λεύειν τῶν λελειμμένων Σεριφίων, αὐτὸς δὲ ἔβη πλέων (Ita e *Phau.* legendum pro πλέον) εἰς Ἄργος σὺν τοῖς Κύκλωψι, καὶ τῇ Δανάῃ, καὶ τῇ Ἀνδρομέδᾳ. καὶ ἐλθὼν, Ἀκρίσιον οὐχ εὑρίσκει ἐν Ἄργει. ὑπεχώρει γὰρ αὐτὸν δείσας εἰς τοὺς Πελασγοὺς, εἰς Λάρισσαν. μὴ καταλαβὼν (*Phau.* μεταλαβὼν) δὲ αὐτὸν, τὴν μὲν Δανάην καταλείπει παρὰ τῇ μητρὶ Εὐρυδίκῃ καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καὶ τοὺς Κύκλωπας. αὐτὸς δὲ ἔβη εἰς Λάρισσαν. καὶ ἀφικόμενος, Ἀκρίσιον ἀναγνωρίζει, καὶ σὺν αὐτῷ ἕπεσθαι εἰς Ἄργος πείθει. καὶ ὅτε δὴ ἔμελλον ἰέναι, συντυγχάνει ἀγῶνι νέων ἐν τῇ Λαρίσσῃ. καὶ ὁ Περσεὺς ἀποδύεται εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὸν δίσκον, δισκεύει. τὸ δὲ πένταθλον οὔπω ἦν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕναι ἕκαστον τῶν ἄθλων ἤθλουν· ὁ δὲ δίσκος τροχαλισθεὶς ἐπὶ τὸν πόδα τοῦ Ἀκρισίου, τιτρώσκει αὐτόν· καμὼν δὲ ἐκ τούτου Ἀκρίσιος, ἀποθνήσκει αὐτοῦ ἐν Λαρίσσῃ. καὶ αὐτὸν κατατίθεται Περσεὺς καὶ οἱ Λαρισσαῖοι, πρόσθεν τῆς πόλεως, καὶ αὐτοῦ (*Phau.* αὐτῷ) ποιοῦσιν ἡρῷον οἱ ἐπιχώριοι· Περσεὺς δὲ ἀναχωρεῖ τοῦ Ἄργους.

Cum difficillimum eſſet hic diſcernere, quae eſſent e Pherecydis libro duodecimo, quae e primo petita, et tota hiſtoria bene cohaereret, locum integrum apponendum putaui. *Eurydicen*, Lacedaemonis filiam, habet etiam *Apollodor.* 2, 2, 1. et 3, 10, 3. vbi ſimul Lacedaemonis genus ab Ioue repetitur. Lacedaemon enim fuit Taygetes Atlantidis filius. cf. *Hellanic.* fr. XXIIII. Haec Eurydice in colle quodam Spartae dicitur aedificaſſe templum Iunonis Argiuae. v. *Pauſan.* 3, 13. p. 239. De thalamo Danaës aeneo ita ſcribit *Pauſan.* 2, 23. p. 164. ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγαιον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτὸ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε φρουρὰν τῆς θυγατρὸς

τρὸς

τρὸς ἐποίησεν· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν (θάλαμον) τυραννήσας. Θάλαμος autem, quod per ſe intelligitur, h. l. neque cubile aut lectum coniugalem ſignificare poteſt, neque partem gynaecei, quae fere in ſuperiori aedium parte exſtrui ſolebat, ſed omnino domicilium ſ. conclaue. Sic in epigr. ap. Cel. *Brunck.* anall. T. III. p. 297. n. DCLXXXV. Nicolai Patriarchae ψυχὴ dicitur μακαίρων ἀμφιπολεῖν θαλάμους, et ap. *Sophocl.* Electr. 190. filia habitat θαλάμους πατρός. Verba διὰ τῶν θεραπόντων videntur gloſſemati deberi. Iupiter Ἕρκιος ſ. Ἕρκειος (niſi forte Ὄρκιον legendum eſt. v. *Schol. Sophocl.* Ai. 492. cuius verba exſcripſit *Schol. Eurip.* Hecub. 345.) videtur non admodum differre ab Ἑφεστίῳ. Nomen enim haud dubie inde accepit, quod in aedium penetralibus vel in loco ſepto coleretur. Hoc autem intelligi poteſt non ſolum ex etymologia et e difertis verbis *Feſti* in v. Herceus, atque *Seruii* ad *Virgil.* Aen. 2, 505. ſed etiam ex eo, quod Priamus, quem Neoptolemus Achillis filius interemit, ad Hercei Iouis aram confugerat (v. *Ouid.* in Ibin 284. *Eurip.* Troadd. 17. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 335. *Pauſ.* 4, 17. p. 321. etc.), et quod, teſte *Dionyſio Halic.* archaeol. 1, 67. p. 54. ed. *Sylb.* p. 169. ed. *Reisk.* qui Penates graece vertere vellent, illi eos et aliis nominibus et Μυχίους vel Ἑρκίους vocabant. Quid ſibi velit praepoſitio ὑπὸ ante verba τοῦ Ἑρκίου, plane non capio. Videtur illa primo occupaſſe locum praepoſitionis ἐπὶ, ſed per hanc, quae forte tanquam interpretamentum margini adſcripta fuerat, loco ſuo mota, poſtea vero a ſedulo aliquo librario reuocata quidem, ſed alieno loco poſita fuiſſe. Hiſtoriam de Danaë cum filiolo vndis data carmine elegantiſſimo complexus erat *Simonides Ceus*, quod non integrum

grum ad nos peruenisse valde dolendum est. Reliquiae eius legi possunt in Cel. *Brunckii* anall. T. I. p. 121. n. VII. et in Cel. *Koeppen* griech. Blumenlese, T. III. (Brunovici 1787. 8.) p. 163. sqq. *Dictys* iste, qui Magnetis filius, Aeoli nepos, vocatur ab *Apollodoro* 1, 9, 6. et vna cum fratre Polydecte colonos deduxisse dicitur in Seriphum, vnam ex Cycladibus insulam (v. *Strab.* 10, p. 487.), videtur a solo Pherecyde Castoris e filia nepos vocari. Omninoque in horum hominum genealogia magna differentia cernitur. Sic *Apollod.* 2, 1, 4. extr. dicit, Nauplium, e Neptuno et Amymone natum, *in summa senectute* vxorem duxisse, ex Tragicorum quidem sententia Clymenen, Catrei filiam, (quam rationem secutus videtur *Pausan.* 2, 18. in.) sed secundum alios Philyram vel Hesionen. Idem *Apollodorus* tres eius filios commemorat, in quorum tamen numero non est Damastor. Scilicet potuit etiam *iunior* aliam quandam vxorem duxisse, e qua genuerit Damastorem: nisi dicere velimus, discrepantiam fortassis ortam esse e confusione huius antiquioris Nauplii cum Nauplio recentiori, qui fuit ex illius posteris, et in Argonautis recensetur ab *Apollonio* 1, 134. de qua confusione satis dixit Ill. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 274. Potuit autem Dictys Danaën et Persea recte vt cognatos spectare. Nam Acrisius (σὺν Πελασγῶν Ἀκρίσιος *Callimach.* epigr. XX. ap. *Brunck.*), Danaës pater, erat filius Abantis, Abas filius Lyncei ex Hypermnestra. (v. *Paus.* 2, 16. *Apollod.* 2, 2, 1.) Lynceus patrem habuit Aegyptum, Aegyptus Belum, Belus Neptunum. (v. *Apollod.* 2, 1, 4.) Similiter Hypermnestra, Acrisii auia, fuit filia Danai natu maior, Danaus autem fuit et ipse Beli filius, atque adeo nepos Neptuni. vid. l. l. Igitur

vterque, et Dictys et Acriſius, genus a Neptuno ducebant. Iam vt ad reliqua pergamus, quae videntur e Pherecydis libro ſecundo petita eſſe, (v. fragm. X.) Dictys, poſtquam Perſeus Polydecten, quia Danaës amore captus tenebatur, in ſaxum mutauerat, ſolus regnauit in Seripho; Perſeus vero Acriſium videndi cupidus Argum feſtinauit, ſed imprudens auum interfecit diſco, cuius ipſe inuentor dicitur ap. *Pauſ.* l. l. cf. *Apollod.* 2, 4, 3. ſq. *Cytlopes*, qui non confundendi ſunt cum Cyclopibus Homericis, et ad quos fortaſſis pertinet locus *Pollucis* 10, 139.

Ἀορτὴ, παρὰ Φερεκύδῃ ἐκ τῶν Κυκλώπων, erant proprie gens Thracica, qui deinde bello patria pulſi, alii alias regiones incolebant, plurimi Curetidem, h. e. Cretam. v. *Schol. Eurip.* Oreſt. 963. Seriphus autem non nimis longe diſtabat ab inſula Creta. Fortaſſis igitur nonnulli eorum etiam Seriphum occupauerant, et comitati ſunt Perſea, vel quod ſocietate iuncti eſſent cum Dictye, Perſei cognato, vel omnino vt haberent, quod agerent. A poetis tamen haec videri poſſunt afficta eſſe. Certe *Pauſan.* 2, 21. p. 159. narrat, Perſeum ſecutos eſſe λογάδας ἐκ Πελοποννήσου. *Andromedam* Perſeus nactus eſt itineris ſociam, quia Meduſae capite accepto venit etiam in Aethiopiam, Cepheo regi parentem, eiusque filiam Andromedam a bellua marina liberatam ſibi vxorem duxit. v. *Apollod.* l. l. coll. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 836. e cuius loco explicari poteſt fabula ap. *Strab.* 16, p. 759. A. vbi fabulae ſcena male in Syria ponitur. Lariſſa, Theſſaliae oppidum, ſatis notum eſt. (v. *Hellanic.* fragm. CXVI.) *Pauſan.* 2, 16. p. 145. in hac ipſa hiſtoria: ἐς Λάρισσαν ἀπ-

ηχώ-

ἐχώρησε τὴν ἐπὶ τῷ Πηνειῷ. Plura enim hoc nomine oppida fuerunt. v. *Strab.* 9, p. 440. C. Notandum videbatur, quod tradit *Ariſtides* Aegypt. T. II. p. 351. ed. *Iebb.* τὸ περὶ Λάρισσαν πεδίον, θάλαττταν εἶναι τὸ παλαιὸν, πολλαὶ τεκμηριοῖ. Certamen illud, cui interfuit Perſeus, inſtituerat rex Lariſſaeorum, Teutamides, in honorem mortui patris. v. *Tzetz.* l. l. qui omnino cum noſtro conferendus eſt. Vltima verba: ἀναχωρεῖ τοῦ Ἄργους, videntur vitio quodam laborare. Ego ſcriberem: εἰς τὸ Ἄργος.

III.

Scholiast. Pindar. Nem. 4, 81. ἔοικε ὁ Πίνδαρος μνημονεύειν τοῦ Θετιδείου, περὶ οὗ ἐν πρώτῳ Φερεκύδης οὕτω γράφει·

Ἔπειτα Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν, καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων τούτων ἄγων, οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ, καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις.

Tzetzes ad *Lycophr.* 175. primo dicit, ſe totam hiſtoriam narraturum eſſe κατὰ Φερεκύδην καὶ ἑτέρους. quare verba eius non exſcribenda putaui. Sed deinde, ὁ Πηλεὺς, inquit, κατὰ Φερεκύδην καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου, τοῦ Ἄκτορος; οὗ θυγατέρα Ἀντιγόνην λαμβάνει, ἀναρτηθείσης δὲ ἐκείνης, ᾤχετο εἰς Φθίαν, καὶ Θέτιν ἄγων, ἐπὶ τῶν ἵππων ἥκει ἐν Φαργαύλῳ, καὶ Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις. Ex hoc *Tzetzae* loco priorem emendandum eſſe nemo non videt. Sed pro Φαργαύλῳ reponi debet Φαρσαύλῳ. Nam haud dubie oppidum illud Phthiotidis in Theſſalia intelligendum eſt, quod et Pharſalus dicebatur et Pharſalia.

Et vltimum illud in vtroque loco, ἡ πόλις, videtur cum *Heynio* ad *Apollod.* p. 795. delendum eſſe. Ad rem ipſam haec poterunt ſufficere : Peleus fuit filius Aeaci ex Endeide (vnde ap. *Tzetz.* l. l. Δηΐδος mutandum eſt in Ἐνδηΐδος, vt recte editum eſt ap. eundem ad v. 53.) quibus parentibus etiam Telamonem natum eſſe fere omnium conſtans traditio eſt.

Φερεκύδης δέ φησι, ap. *Apollod.* 3, 12, 6. Τελαμῶνα φίλον, οὐκ ἀδελφὸν Πηλέως εἶναι, ἀλλὰ Ἀκταίου παῖδα καὶ Γλαύκης τῆς Κυχρέως.

Hic pro Ἀκταίου placet *Heynio* vt legatur Ἄκτορος, qui fuerit Menoetii ex Aegina, filia Aſopi, pater. v. *Hellanic.* fragm. LXXXXVIIII. De Cychreo, Salaminiorum heroe, vid. quos laudauit *Heyn.* p. 776. A *Tzetze* vocatur Κεγχρεύς, Neptuni e Salamine, Aſopi filia, filius. Sed ad v. 451. ſcripſit: ὁ Κυχρεὺς ἢ Κυγχρεύς, --- ἐβασίλευσε Σαλαμινίων. --- τέτον δὲ τινὲς τὸν διφυῆ Κέκροπα φασίν· ἄλλοι δὲ, ὅτι ὄφις ποτὲ ἐλυμαίνετο τὴν Σαλαμῖνα, καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἐποίει, ὃν ὁ Κυχρεὺς ἀνεῖλεν, ὅθεν καὶ Ἀνάξιφος ἐκλήθη. Poteſt ſane non ſpernenda videri Pherecydis ratio. Vt enim *Pauſanias* 8, 15. p. 631. duo Telamonas diſtinguendos putauit, ita etiam alius Telamon, Peleo amicus, praeſertim cum cognatus eſſet (Aeacus enim fuit filius Aeginae), facile potuit pro eius fratre haberi. Alius Aeaci filius, ſed e Pſamathe, Nerei filia, fuit Phocus. Hunc cum ob inſignem virtutem a patre praecipue amari vidiſſet, Peleus a Telamone adiutus clam interfecit. Pulſi igitur ab Aeaco, Telamon in Salaminem ſe contulit, Peleus confugit ad Eurytum, qui alio nomine etiam

etiam Eurytion dicitur. De genere Euryti magna veterum traditionum differentia eſt, quam cum ſatis iam explicauerit *Verheyk.* ad *Antonin. Liberal.* c. 38. p. 256. ſq. recte potui praetermittere. Vnum locum addo, qui pertinebat ad *Antonini* locum, vbi Peleus dicitur confugiſſe ad Eurytionem, Iri filium. *Schol. Ariſtid.* ad Platon. 2. T. II. p. 125. μέμνηται ἐν ὕμνοις Πίνδαρος, ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα τὸν τοῦ Ἴρου τοῦ Ἄκτορος παῖδα, ξένα ὄντα τῶν Ἀργοναυτῶν, συνθηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε Πηλεύς· φίλον δὲ λέγει, ἐπειδὴ συγγενὴς τούτου ἦν. Πηλεὺς γὰρ πρὸ Θέτιδος θυγατέρα Ἄκτορος τὴν πολύμηλον (leg. Πολυμήλαν ſ. Πολυμήλην) ἔσχε γυναῖκα. ὁ δὲ Ἄκτωρ, πατὴρ Ἴρου, ὃς παῖδα ἔσχε τὸν Εὐρυτίωνα. Hanc traditionem, quae quibus ex auctoribus hauſta ſit neſcio, commemorat verſus finem ſcholii etiam *Tzetzes.* Filiam Euryti etiam *Apollodorus* 3, 13, 1. vocat Antigonen, e qua Peleus Polydoram ſusceperit. In hoc ſecutus eſt Pherecydem, quod docent verba *Schol. Homer.* Il. π, 175. ἐκ τίνος Πηλεὺς Πολυδώρην ἔσχεν; ὡς μὲν Στάφυλος ἐν γ' (*Villoiſ.* ἐν τ' Σ) Θεσσαλικῶν, ἐξ Εὐρυδίκης, τῆς Ἄκτορος θυγατρός. Φερεκύδης δὲ, ἐξ Ἀντιγόνης τῆς Εὐρυτίωνος. Ἄλλοι δὲ, ἐκ Λαοδαμείας τῆς Ἀλκμαίωνος.

In edit. *Villoiſ.* praemiſſa huic loco ſunt iſta:

ἡ διπλῆ (h. e. tale ſignum ≻), ὅτι Φερεκύδης τὴν Πολυδώραν φησὶ ἀδελφὴν Ἀχιλλέως· οὐκ ἔστι δὲ καθ' Ὅμηρον διαβεβαιώσασθαι.

Scilicet ad hos quoque locos pertinet obſeruatio, quae a multis iam facta eſt, v. c. a *Verheykio* l. l. cf. ad *Hellanic.* p. 71. et multis confirmari poteſt exemplis, ſaepe in genealogiis antiquis inter ſe permutari auum et patrem, filium et nepotem, filiam et neptidem. De Po-

lydora cf. ad fr. VII. Pergit *Tzetzes*: ἀναρτηθείσης --- Φθίαν. quo in loco haud dubie vitium ineſt. Eurytum enim conſtat Phthiae in Theſſalia regem fuiſſe. Hunc autem Peleus, vt vidimus, in venatione imprudens et inuitus interfecit, eamque ob cauſſam Iolcum confugit, Magneſiae in Theſſalia oppidum, ad Acaſtum regem, a quo expiatus eſt. Acaſti vxor, Pelei amore capta, cum non ei perſuadere potuiſſet, vt cum ipſa coiret, vltionis cupida nunciari iuſſit Antigonae, fore vt Peleus Acaſti filiam, Steropen, vxorem duceret. Quo nuncio territa Antigone fauces ſibi praecluſit laqueo. v. *Apollod.* 3, 13, 3. Ergo non poſt Antigonae demum mortem Peleus petiit Phthiam, atque adeo in vtroque Scholiaſta legendum puto ἐκ Φθίας. Poſtea Peleus relicto rurſus Iolco Thetidem duxit, Nerei filiam, et cum ea Pharſalum venit, ac Thetideum vel condidit vel incoluit atque auxit. De hoc Θετιδείῳ v. ad *Hellanic.* fragm. CX. Sed de nuptiis Pelei cum Thetide poſſunt omnia ſatis nota eſſe ex locis ab *Heynio* ad *Apollod.* p. 794. ſq. laudatis. Quare nihil addo, niſi hoc, etiam in argumento iſto celebratiſſimo multas reperiri diuerſitates narrandi, quarum maxime memorabilis videtur illa, quam *Schol. Apollon.* 4, 816. et *Schol. Ariſtoph.* nubb. 1064. e *Staphylo* attulerunt, Chironis tantum artificio deberi famam de nupta Peleo Thetide, reuera Pelei vxorem fuiſſe Philomelam ſ. Polymelam, Actoris filiam.

IIII.

Schol. Pindar. Pyth. 3, 60. ὅτι ἡ Κορωνὶς ἐν Ἀσκηρείᾳ ᾤκει πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἀμύρου, Φερεκύδης ἐν πρώτῃ ἱστορεῖ. ἔνθα καὶ περὶ τοῦ κόραξ

κος

κος διηγεῖται, καὶ ὅτι Ἄρτεμιν ἔπεμψεν ὁ Ἀπόλλων, ἣ πολλὰς ἅμα γυναῖκας ἀπέκτεινε, καὶ ὡς τὸν Ἴσχυν Ἀπόλλων κτείνει, τὸν δὲ Ἀσκληπιὸν δίδωσι Χείρωνι.

Coronis fuit filia Phlegyae, qui in Theſſalia ponitur ab *Apollodoro* 3, 10, 3. cf. *Schol. Nicandr.* theriac. p. 32. ed. *Morell.* Ex hac nonnulli narrant Apollinem genuiſſe Aeſculapium. Ἀζανὶς κούρη vocatur illa in hymno Homerico in Apoll. 209. Videtur igitur fabula in Arcadia nata eſſe, ſed deinde in Theſſaliam translata propter ſimilitudinem nominis Phlegyarum, Theſſalicae gentis. Poteſt etiam tota difficultas e *Pauſania* explicari (2, 26. p. 170.). Is enim narrat, Phlegyam vna cum filia in Peloponneſum profectum eſſe, et hanc in Epidauriorum finibus peperiſſe Aeſculapium. Potuit igitur ex eo, quod in Argolide, quae confinis erat Arcadiae, Coronis partum edidit, tota res in Arcadiam transferri, indeque variis modis exornata denuo in Theſſaliam, Coronidis patriam. Laceria erat Magneſiae in Theſſalia oppidum. v. *Hellanic.* fragm. XXXIIII. Amyrus, auctore *Schol. Apollon.* 1, 596. erat fluuius e Theſſalia profluens, poſt Meliboeam, quod oppidum *Strabo* 9, p. 443. C. ponit ad ſinum, qui inter Peneum et Oſſam fuit. Addit Scholiaſtes, Amyrum nomen accepiſſe ab Amyro quodam, filio Neptuni. cf. omnino *Apollon. Rhod.* 4, 616. ſq. De coruo res ita narratur: Coronis, cum ex Apolline grauida eſſet, coiit cum Iſchye, Elati filio, Arcadis nepote. Qua de re cum Apollinem certiorem feciſſet albus coruus, Apollo Coronidem interfecit, et corui colorem album in nigrum mutauit. cf. *Ouid.* metamm. 2, 541. Apollinem in interficienda Coronide ope Dianae vſum eſſe, narrat etiam *Pauſan.* l. l. p.

171. Cur autem eadem ſimul interfecerit multas feminas Theſſalas, videtur haec cauſſa fuiſſe, quod illae adiuuiſſent concubitum Coronidis cum Iſchye. Aeſculapium Apollo δίδωσι Χείρωνι, nempe inſtituendum. v. *Apollod.* l. l. *Ouid.* 2, 628. ſqq. *Lactant.* 1, 10, 2. Ex huius diſciplinâ tantum profecit Aeſculapius, vt etiam mortuos in vitam reuocare auderet, quod ipſum quoque tradidit Pherecydes.

Schol. Eurip. Alceſt. 2. Φερεκύδης ἐν τῇ ἱστορίᾳ τοὺς ἐν Δελφοῖς φησὶ θνήσκοντας αὐτὸν ἀναβιώσκειν.

Ap. *Schol. Pindar.* Pyth. 3, 96. Aeſculapium ab Ioue occiſum eſſe tradit Φερεκύδης, ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίει.

Per haec ornamenta poetica nihil puto ſignificari niſi inſignem quandam et inauditam Aeſculapii peritiam artis medicae. Sed cum ille eſſet filius Apollinis, hic vltionis cauſſa filios Cyclopum interfeciſſe fictus eſt.

Schol. Eurip. l. l. Φερεκύδης οὔ φησι τοὺς Κύκλωπας ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀνηρῆσθαι, ἀλλὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, γραφων οὕτω· παρὰ αὐτὸν τὸν Ἄδμητον ἔρχεται Ἀπόλλων θητεύσων ἐνιαυτὸν, Διὸς κελεύσαντος, ὅτι κτείνει τοῦ Βρόντεω καὶ Στερόπεω καὶ Ἄργεω παῖδας. κτείνει δὲ αὐτοὺς Ἀπόλλων, Διὶ μεμφθεὶς, ὅτι κτείνει Ζεὺς Ἀσκληπιὸν, τὸν παῖδα αὐτοῦ, κεραυνῷ ἐν Πυθῶνι. ἀνέστη γὰρ ἰώμενος τοὺς τεθνεῶτας.

De Cyclopibus his, Coeli et Terrae filiis, qui fulmen Ioui fabricauerant, v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 9. ſq. Hos ipſos, non eorum filios, ab Apolline interemtos fuiſſe tradiderunt alii, vt *Apollod.* 3, 10, 4.

10, 4. Sed cum Pherecyde facit *Eurip.* Alceſt. 5. ſq. Admetus, filius Pheretis, Crethei nepos, rex Pherarum in Theſſalia, ſatis notus eſt per vxorem Alceſtidem. Pro vtroque κτείνει poſt ὅτι *Heyn.* ad *Apollod.* p. 708. ſq. mauult ἔκτεινε. Hanc mutationem ego quidem minus neceſſariam puto, quam alteram, qua ἀνέστησε legitur pro ἀνέστη. Electrum ortum eſſe ex Apollinis lacrymis, quas fuderit iuſſus ab Ioue ſeruire, Celtarum erat traditio. v. *Schol. Apollon.* 4, 611.

V.

Marcellinus in vita Thucydidis, non longe ab initio: Θουκυδίδης --- ἀπόγονος τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ὠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν. τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν·

Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος, οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος. τοῦ δὲ, Ἐπίδυκος. τοῦ δὲ, Ἀκέστωρ. τοῦ δὲ, Ἀγήνωρ. τοῦ δὲ, Ὄλιος. τοῦ δὲ, Λύκης. τοῦ δὲ, Τύφων. τοῦ δὲ, Λαΐος. τοῦ δὲ, Ἀγαμήστωρ. τοῦ δὲ, Τίσσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις. τοῦ δὲ, Μιλτιάδης. τοῦ δὲ, Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. τοῦ δὲ, Μιλτιάδης, ὃς ᾤκησε Χερρόνησον.

In vniuerſum de Miltiadis genere vid. quos laudaui ad *Hellanic.* fragm. VIIII. inprimisque *Rutgerſ.* varr. lectt. 1, 9. p. 28- 44. Philaeam etiam *Herodotus* 6, 35. vocat filium Aiacis, qui Aeaci nepos fuit, eumque dicit primum ex hac gente Athenis

nis habitaſſe. *Pauſanias* quidem 2, 29. p. 177. ita ſcripſit: βασιλεύσαντα ἐν τῇ γῇ (in inſula Aegina) πλὴν Αἰακοῦ, οὐδένα εἰπεῖν ἔχουσιν (Aeginetae), ἐπεὶ μηδὲ τῶν Αἰακοῦ παίδων τινὰ ἴσμεν καταμείναντα· Πηλεῖ μὲν συμβὰν καὶ Τελαμῶνι ἐπὶ φόνῳ φεύγειν τοῦ Φώκου, τῶν δὲ αὖ Φώκου παίδων περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκησάντων ἐν τῇ νῦν καλουμένῃ Φωκίδι. et paucis interiectis p. 178. γεγόνασι δὲ ἀπὸ μὲν Πηλέως οἱ ἐν τῇ Ἠπείρῳ βασιλεῖς. Τελαμῶνος δὲ τῶν παίδων, Αἴαντος μέν ἐστιν ἀφανέστερον γένος, οἷα ἰδιωτεύσαντος ἀνθρώπου· πλὴν ὅσον Μιλτιάδης ὁς Ἀθηναίοις ἐς Μαραθῶνα ἡγήσατο, καὶ Κίμων ὁ Μιλτιάδου προῆλθον ἐς δόξαν. Sed quo minus haec vera videri poſſint, plurimae cauſſae impediunt. Nam *Pauſaniam* apparet haec e vulgari Aeginetarum fama hauſiſſe: Pherecydi conſentit Herodotus, qui praeterea Miltiadem diſerte dicit fuiſſe οἰκίης τεθριπποτρόφου atque adeo nobiliſſimae. Ex Pauſaniae ſententia Philaeas vel Aiacis nepos habendus eſſet, vel omnino vnus poſterorum eius e Telamone. quae genealogia quam longe abſit a Pherecyde, patet abunde ex illo loco, quem *Apollodoro* debemus, iam p. 84. allatum. Reliqua virorum hic commemoratorum nomina pleraque ſunt obſcura. Λάϊος edidi cum *Dukero* pro Λάοϊς. Agameſtor in archontum Athenienſium numero ponitur a *Dodwello* in opere de cyclis ad annum periodi Iulianae 3895. Tiſander eidem *Dodwello* videtur circa Olymp. LIII. archon fuiſſe. Poſt verba ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις deeſſe quaedam quilibet videt. Quae ratio, coniuncta cum aliis cauſſis, nempe quod in vniuerſum apparet totum locum eſſe mutilum, et quod ab *Herodoto* 6, 36. Miltiades ille, qui πρῶτον ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου, diſerte vocatur Cypſeli filius, mo-

mouit *Rutgerſium*, vt verba τοῦ δὲ Ἱπποκλείδης --- ἐτέθη poni iuberet ante verba τοῦ δὲ Μιλτιάδης --- Χερρόνησον, et ante haec excidiſſe putaret Miltiadis patrem, Cypſelum. Quae viri docti ſententia mihi plane probatur. Sic quoque poſt Cherſoneſium Miltiadem ponendus eſt ille Miltiades, qui nunc poſt Tiſandrum collocatus eſt, ita quidem vt ſtatui debeat lacuna, quia Miltiadis Marathonii pater, Cimon, deſideratur. Nam hic alter Miltiades ab aliis quidem Cimonis, ab aliis Cypſeli filius vocatur (v. interpp. ad *Cornel. Nep.* Milt. 1, 1.), ſed nunquam Hippoclidis, omninoque hic Miltiades cum priori, Cypſeli filio, ſaepe confuſus reperitur a ſcriptoribus. Cuius generis locus notiſſimus eſt ap. *Aelian.* V. H. 12, 35. vbi primus Miltiades dicitur ὁ τὴν Χερρόνησον κτίσας (vnde et ex *Herodoti* loco paullo ante allato in noſtro loco ſcribendum eſt ὤϰισε pro ὤϰησε), ſecundus Cypſeli, tertius Cimonis filius. Immo primus eſt is, quem *Pauſan.* 8, 39. p. 681. dicit Olymp. XXX, 2. archontem fuiſſe, ſed 4, 23. extr. Olymp. XXVIIII. de qua differentia v. *Perizon.* ad *Aelian.* l. l. Hic fortaſſis plane non pertinet ad noſtrum ſtemma. Certe nec Tiſandri filius putari poteſt, et ob temporum rationem, et ob locum *Herodoti* 6, 127. ſqq. in quo Hippoclides diſerte vocatur filius Tiſandri. Ceterum Hippoclides, qui archon fuiſſe dicitur Olymp. LIII, 3. vel LIIII, 3. putatur occaſionem praebuiſſe prouerbio οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, de quo v. *Rutgerſ.* l. l. et *Eraſm.* Chill. 1, 10, 12.

E LIBRO II.

VI.

Schol. Apollon. 2, 992. et ex eo *Phauorin.*: Ἁρμονία, νύμφη Ναΐς· ἧς καὶ Ἄρεος Ἀμαζόνας εἶναι φησὶ Φερεκύδης, ᾧ ἕπεται Ἀπολλώνιος.

Esse haec e libro Pherecydis secundo petita, cognosci potest ex alio illius Scholiastae loco ad v. 994. vbi ad verba *Apollonii* ἄλσεος Ἀκμονίοιο adscripsit haec: ἔστι δὲ περὶ τὸν Θερμώδοντα. μέμνηται αὐτοῦ Φερεκύδης ἐν β΄. quae ipsa quoque in lexicon suum transtulit *Phauorinus* in v. Ἀκμονίοιο ἄλσος. Verum ne haec quidem sufficiunt. Haud dubie enim cum Cel. *Bruncko* legendum est Ἀλκμονίοιο, propter Scholion ad 2, 373. Δοίας καὶ Ἄλκμων, ἀδελφοί. τίνος δὲ πατρὸς, οὐ φέρεται, ὥς φησι Φερεκύδης. Hinc quoque, quanquam contra dicit *Holstenius*, emendandus est locus *Steph. Byz.* Ἀκμόνια, πόλις Φρυγίας. --- κτίσαι δ' αὐτὴν Ἄκμονα τὸν Μανέως. ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης. Scribe Ἀλκμόνιον. Non haec vidit *Petitus* de Amazonib. c. 38. vbi tractat hos locos. Fortassis ex his locis explicari possint origines et genealogia Amazonum. Marte enim dicuntur prognatae, quia bellicosissimae putabantur; Harmonia, quia fortitudo sine ordine et concordia nihil plane valet. Haec Harmonia non illa fuisse perhibetur, quam Cadmus vxorem duxit, sed Naïs, quia Amazones primum innotuisse videntur ad fluuium Thermodonta in Ponto, (v. *Strab.* 12, p. 547. C.) a quo diuersus est torrens, ποταμὸς χείμαρρος, in Boeotia, ap. *Paus.* 9, 19. p. 747. Naïdes enim non tantum fontium, sed omnino aquarum praesides putabantur. *Porphyr.* antr. Nymphar.

phar. c. 8. ταῖς Ναίσιν, αἱ ἐπὶ πηγῶν εἰσι, καὶ τῶν ὑδάτων, ἀφ' ὧν εἰσι ῥοαὶ, Ναίδες ἐκαλοῦντο. c. 10. Νύμφας δὲ Ναίδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων παρεστώσας δυνάμεις. De Amazonibus v. quos laudaui ad *Hellanic.* p. 117. cf. *Petr. Wollenii* diſſ. de republica Amazonum, Vpſal. 1721. 8.

VII.

Schol. Apollon. 1, 1213. Φερεκύδης ἐν τῷ δευτέρῳ φησὶν ὅτι Πολυδώρᾳ τῇ Δαναοῦ μίσγεται Πηνειὸς ὁ ποταμός. τῶν δὲ γίνεται Δρύοψ, ἀφ' οὗ Δρύοπες καλοῦνται. οἰκοῦσι δὲ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ ποταμῷ.

Pro Πηνειὸς *Berkel.* et *Verheyk.* ad *Antonin. Liberal.* c. 32. recte emendaſſe Σπερχειὸς, docet totus locus. *Spercheus* erat Theſſaliae fluuius. Polydora haec noſtra, mater Dryopis, diſtinguenda eſt a Polydora, Pelei filia, de qua v. ad fragm. III. Haec enim, etſi Boro, Perieris filio, nupta eſſet, mixta quidem ipſa quoque legitur cum Spercheo, ſed peperit ex eo Meneſthium, Achillis λοχαγὸν (v. *Strab.* 9, p. 433. C. *Homer.* Il. π, 173. ſqq.), non confundendum cum Arethi filio ap. *Homer.* Il. η, 9. Aliam Dryopis ſtirpem tradit *Tzetz.* ad *Lycophr.* 480. De Dryopibus v. fragm. XIII.

VIII.

Schol. Apollon. 1, 146. Φερεκύδης ἐν τῇ β', ἐκ Λαοφόντης τῆς Πλευρῶνος Λήϑαν καὶ Ἀλϑαίαν Θεσπίῳ γενέσθαι φησίν, ὅτι δὲ Γλαύκου ἐστὶ καὶ Ἀλϑαίας, αἰνίττεται λέγων, τοὺς τέκε θυγάτηρ Γλαύκῳ μάκαιρα.

Scilicet

Scilicet Endymion, qui parentes habuit Calycen, Aeoli regis Theſſaliae ex Enareta filiam, et Aethlium, Elidis conditorem, ex Neide nympha vel Iphianaſſa ſuscepit Aetolum, a quo Aetolia dicta eſt regio. Hic e Pronoa genuit Pleuronem, qui Xanthippe, Dori filia, vxore ducta, et aliorum liberorum pater extitit, et vero etiam Laophontes, quae adeo fuit e ſtirpe Deucalionis, cuius nepotes fuerunt Aeolus atque Dorus. v. *Apollod.* 1, 7, 3- 7. De Ledae et Althaeae parentibus magna veterum controuerſia eſt. *Apollodor.* §. 10. matrem Eurythemidem nominat, *Hygin.* fab. 14. Leucippen. cf. *Heyn.* p. 111. Cuius diuerſitatis mihi quidem haec videtur eſſe cauſſa, quam ipſe Pherecydes innuit, quia Theſpius ſ. Theſtius habuit quidem in ſuis vxoribus Laophontam, ſed a Glauco deceptus fuit. Hic enim, fortaſſis ille qui Siſyphi fuit filius, concubuit cum Laophonta, et Althaeam genuit, quae alias ipſa quoque putatur Theſtii filia. Ex Althaea deinde etiam Ledam ſuscepit, quae videtur itidem vt filia educata fuiſſe in Theſtii aedibus, atque adeo vulgo pro ea habita. De Leda cf. *Hellanic.* fragm. CXXV.

VIIII.

Schol. Apollon. 2, 1252. Φερεκύδης ἐν δευτέρῳ, Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης τῆς Φόρκυνος φησὶ τὸν ἀετὸν τὸν ἐπιπεμφθέντα Προμηθεῖ. καὶ ὅτι δὲ ὁ ἀετὸς ἤσθιεν τῆς ἡμέρας τοῦ ἥπατος, τὸ δὲ λειπόμενον ηὔξετο τῆς νυκτὸς, καὶ ἐγίνετο ἴσον.

In vniuerſum conſentit *Apollodorus* 2, 5, 11. Sed Echidnam dicit Tartari ac Terrae filiam, 2, 1, 2. ita vt Typhonis ſoror exiſtat, quem iisdem parenti-

rentibus natum tradit 1, 6, 3. Videtur igitur ille parentes Typhonis et Echidnae inter ſe confudiſſe. Nam *Heſiodus* theog. 295. ſqq. Echidnam facit filiam Chryſaoris et Callirrhoes, Oceani filiae; *Epimenides* ap. *Pauſan.* 8, 18. p. 635. Stygis et Pirantis. Iam vero Echidna nihil aliud videtur ſignificare niſi ſerpentem aliquam vel hydram monſtroſae magnitudinis et ſaeuitiei. Phorcys autem Pontum dicitur patrem habuiſſe ap. *Heſiod.* theog. 233-38. Remotis ergo fabulis manet hoc: in aqua natam eſſe illam Echidnam. Haec poſtea, cum ſemel a poetis et in feminam eſſet mutata, et ſummae pernicioſitatis imago facta, recte potuit Typhoni nupta dici, qui ipſe quoque maximorum malorum auctor fingebatur, et noua mala protuliſſe, rurſus illa προσωποποιηθέντα. In quorum numero quin recte poni potuerit aquila iſta Promethei carnifex, dubitari vix poteſt. Prometheus enim magnis beneficiis affecerat homines.

X.

Schol. Apollon. 4, 1515. Περσέως ἐν Σερίφῳ μετὰ τῆς μητρὸς διαγοντος παρὰ Δίκτυϊ καὶ ἡβήσαντος, Πολυδέκτης ὁ Δίκτυος ὁμομήτριος ἀδελφὸς, βασιλεὺς Σερίφου τυγχάνων, ἰδὼν τὴν Δανάην, ἠράσθη αὐτῆς, ἠπόρει δὲ συγκοιμηθῆναι. καὶ παρασκευάσας ἄριστον, ἐκάλει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ αὐτὸν Περσέα. Περσέως δὲ πυθομένου ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται, τοῦ δὲ φήσαντος, ἐπὶ ἵππῳ, Περσεὺς εἶπεν, ἐπὶ τῇ τῆς Γοργόνος κεφαλῇ. μετὰ δὲ τὸν ἔρανον τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, ὅτε οἱ ἄλλοι ἐρανισταὶ τὸν ἵππον ἀπεκόμιζον, καὶ Περσεύς. ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο, ἀπήτει δὲ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν. ἐὰν δὲ μὴ κομίσῃ, τὴν μητέρα αὐτοῦ λήψεσθαι

σθαι ἔφη. ὁ δὲ ἀνιαθεὶς ἀπέρχεται, ἐλοφυξόμενος τὴν συμφορὰν, εἰς τὸ ἔσχατον τῆς νήσου. Ἑρμῆς δὲ αὐτῷ ὀφθεὶς, καὶ πεῦσιν αὐτῷ προσαγαγὼν, μανθάνει τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου. ὁ δὲ ἤγειται, θαρρεῖν εἰπών. καὶ πρῶτον μὲν ἡγεῖτο αὐτῷ πρὸς τὰς τοῦ Φόρκου Γραίας, Πεμφρηδὼ καὶ Ἐντὼ καὶ Ἰαινὼ, Ἀθηνᾶς φρασάσης. καὶ αὐτῶν μὲν ὑφαιρεῖται τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα, ὀρεγουσῶν ἀλλήλαις. αἱ δὲ, αἰσθανόμεναι, βοῶσι, καὶ ἱκετεύουσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα ἀποδοῦναι. ἐνὶ γὰρ αἱ τρεῖς ἐκ διαδοχῆς ἐκέχρηντο. ὁ δὲ Περσεὺς αὐτὸν ἔχειν ἔφη, καὶ ἀποδώσειν, ἐὰν αὐτῷ ὑποδείξωσι τὰς νύμφας αἳ ἔχουσι τὴν Ἄϊδος κυνῆν, καὶ τὰ πέδιλα τὰ ὑπόπτερα, καὶ τὴν κίβησιν. ἃ δὲ αὐτῷ φράζουσι, καὶ ὁ Περσεὺς ἀποδίδωσι. καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὰς νύμφας σὺν Ἑρμῇ, αἰτήσας τε καὶ λαβὼν ὑποδεσμεῖται τὰ ὑπόπτερα πέδιλα, καὶ τὴν κίβησιν περιβάλλει κατὰ τῶν ὤμων, καὶ τὴν Ἄϊδος κυνῆν τῇ κεφαλῇ περιτίθησιν. εἶτα ἔρχεται πετώμενος κατὰ τὸν ὠκεανὸν καὶ τὰς Γοργόνας, συνεπομένων αὐτῷ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀθηνᾶς. ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει. ὑποτίθενται δὲ αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον· καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ τὴν Μέδουσαν, ἣ μόνη ἦν θνητὴ τῶν Γοργόνων. ὁ δὲ, πλησίον γενόμενος, ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐνθεὶς εἰς τὴν κίβησιν φεύγει. αἱ δὲ αἰσθόμεναι διώκουσιν. οὐχ ὁρῶσι μέντοι αὐτὸν, διὰ τὴν Ἄϊδος κυνῆν. Περσεὺς δὲ εἰς Σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ Πολυδέκτην. καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαὸν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. ὁ δὲ Πολυδέκτης, ἀολλίσας τὸν ὄχλον, κελεύει αὐτὸν δεικνύειν. ὁ δὲ ἀποστρεφόμενος ἐξαίρει ἐκ τῆς κιβήσεως, καὶ δείκνυσιν. οἱ δὲ ἰδόντες, λίθοι ἐγένοντο. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ παρὰ Περσέως λαβοῦσα τὴν κεφαλὴν ἐντίθη-

σιν

σιν εἰς τὴν ἑαυτῆς αἰγίδα· τὴν δὲ κίβησιν Ἑρμῆ ἀποδίδωσι, καὶ τὰ πέδιλα, καὶ τὴν κυνῆν ταῖς νύμφαις. Ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ.

Pertinet hic locus ad fragm. II. atque adeo omnino conferendus eſt cum *Apollod.* 2, 4, 2. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 836. Scilicet Polydectes, qui ab aliis dicitur Magnetis et Naidos nymphae, ab aliis Neptuni et Cerebiae filius, quo poſſet facilius cum Danaë congredi, conuocauerat amicos eo quidem, vt ſimulabat, conſilio, vt munera nuptialia ipſi conferrent, quibus moueret vel vinceret Oenomaum, Hippodamiae parentem. Haec quidem narratio etiam *Heynio* ad *Apollod.* p. 293. videbatur prima fuiſſe, ſed corrupta a grammaticis per illatam conuiuii notionem. quae quidem corruptela vel inde repetenda eſt, quod tum quoque, cum Polydectes amicos munera rogaret, conuiuium celebratum eſt, vel potius ex ambiguitate vocabuli ἔρανος, de qua v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Cer. 73. A noſtro ſaltem loco alienum puto conuiuium. Vix enim ἔρανος dici poteſt εὐωχεῖσθαι. Debebat eſſe εἰσφέρεται vel συλλέγεται. Non tamen auſim tale aliquod verbum reponere, quia tum neſcirem, quomodo explicari poſſent verba: ἐπὶ τίνι, ἐπὶ ἵππῳ, ἐπὶ τῇ --- κεφαλῇ. Iam cum ſemel mentionem fecerim Oenomai, quae Pherecydes de eo tradidit, ſtatim huc inſeram. Ferebatur ille Hyperochi et Steropes, Atlantis filiae (v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 149.) vel Martis et Harpinnae, Aſopi filiae, filius, rex Piſae in Elide, (v. *Pauſ.* 5, 22. extr.) qui oppidum aliquod in Elide condidit, quod a matre Harpinnam vocauit. v. *Pauſ.* 6, 21. p. 507. Hic ab oraculo monitus, fore vt a genero interficeretur, filiam Hippodamiam, quam ex Eurythoe,

Danai filia, ſuscepiſſe dicitur a *Tzetza* ad *Lycophr.* 156. ſe nemini in matrimonium daturum eſſe edixit, niſi qui viciſſet ipſum in certamine curruli. Polydectes igitur, quanquam non ſerio videtur Hippodamiam vxorem cupiuiſſe, poſtulauit a reliquis amicis equos, a Perſeo vero, quem remotum vellet, caput Meduſae. In procorum Hippodamiae numero, quos tantum tredecim facit *Pindar.* Ol. α, 127. vbi v. *Schol.* nondum inueni Polydecten. Primus eorum fuit Marmax. Hunc ſecuti ſunt Alcathous, Porthaonis filius (cf. *Pauſ.* 6, 20. p. 505.), quem nonnulli habebant pro Taraxippo in ſtadio Olympico, deinde Euryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias, qui Acriarum in Laconica conditor putatur, Capetus, Lycurgus, Laſius, Chalcodon, Tricolonus, nepos Tricoloni illius, qui Lycaonis fuit filius, tum Ariſtomachus, Prias, Pelagon, Aeolius, Cronius. Hos omnes, in μεγάλαις Ἠοίαις memoratos, non ſolum interfecit Oenomaus, ſed etiam ſepultura honeſta indignos iudicauit. Alii addunt Erythrum, filium Leuconis, Athamantis nepotem, et Eionea, filium Magnetis, nepotem Aeoli. v. *Pauſ.* 6, 21. p. 507. ſq. vbi poſtremi nomen, ita vt ſcripſi, debet reſtitui, cum vulgo legatur ſine vllo ſenſu: καὶ Ἠϊόνες Μάγνητες τοῦ Αἰόλου. Scribe: καὶ Ἠιονέα Μάγνητος τοῦ Α. Hanc veram lectionem diſerte docet *Piſander* ap. *Schol. Eurip.* Phoenn. 1748. vbi etiam mater Eionei commemoratur Philodice. Hippodamia tandem rei pertaeſa,

ἐρασθεῖσα Πέλοπος (vt vtar verbis *Schol. Apollon.* 1, 752. exſcriptis etiam a *Phauorino* in v. Οἰνόμαος), ἔπεισε Μυρτίλον, τὸν Ἑρμοῦ μὲν παῖδα, ἁρματοπηγὸν δὲ καὶ ἡνίοχον Οἰνομάου, ἐμβαλόντα κήρινον

κήρινον ἔμβολον ἐπὶ τοῦ ἁρμαξονίου, ἢ οὐδ' ὅλως ἐμβαλόντα τὸν ἔμβολον, ὡς Φερεκύδης ἱστορεῖ. οὗ γενομένου Οἰνόμαός τε ἐκκυλισθεὶς τοῦ τροχοῦ ἀπέθανε, καὶ Ἱπποδάμειαν Πέλοψ ἔλαβεν.

Myrtili et Pelopis genus maternum diuerſis modis traditur a veteribus. Sic *Schol. Eurip.* Oreſt. 11.

ἐξ Εὐρυσθαναύσσης τῆς Ξάνθου, ἢ Κλυτίας τῆς Ἀμφιδάμαντος, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, ὁ Τάνταλος ἐγέννησε τὸν Πέλοπα.

Euryſthanaſſa ab eod. Schol. ad v. 5. et a *Tzetz.* ad *Lyc.* 52. vbi pater eius eſt Pactolus, rectius vocatur Euryanaſſa. Reliqua nomina ſatis obſcura ſunt. Clytia non confundenda eſt cum ea, quam in Niobae filiabus poſuit Pherecydes. (v. fragm. XXVIIII.) Myrtilus, de cuius genere mox plura dicendi occaſio erit, ap. *Schol. Apollon.* l. l. et Schol. Eurip. Oreſt. 999. dicitur Mercurii e Phaethuſa, Danai filia, vel e Myrto, Amazone, filius. *Tzetzes* l. l. matrem eius vocat Cleobulen, Aeoli vel Aepoli filiam. Hic tanta cum dexteritate rexerat Oenomai equos, vt Oenomaus procos, qui iam in eo eſſent, vt vincerent, aſſecutus iaculis conficeret. v. *Pauſ.* 8, 14. p. 629. Videtur in noſtro loco infinitiuus aliquis deeſſe, qui pendeat a verbo ἔπεισε. Sed ne potitus quidem Hippodamia Pelops omnino poterat ſecurus eſſe, quod apparet ex alia Pherecydis narratione:

Schol. Sophocl. Electr. 505. φησὶ Φερεκύδης, ὅτι Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὴν Ἱπποδάμειαν, ὑπέστρεφεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν ὑποπτέρων ἵππων καὶ τοῦ Μυρτίλου. καθ' ὁδὸν

δὲ καταλαβὼν αὐτὸν προϊόντα πρὸς τὸ φιλῆσαι αὐτὴν, ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν.

Scilicet, vt rem narrat *Pauſ.* 8, 14. p. 629. Myrtilus iam dudum Hippodamiae amore captus prodidit ac perdidit dominum, quia Pelops ei cum iureiurando promiſerat, ſe ei permiſſurum eſſe vt vnam noctem cum Hippodamia conſueſceret, ſed poſthac a Pelope, cui promiſſa in memoriam reuocaſſet, e naui fuit in mare deiectus. Quod poſtremum cum etiam *Euripides* tradat Oreſt. 991. ſqq. cumque Schol. ad v. 991. et 999. vt *Tzetzes* ad *Lycophr.* 156. hinc profectum dicat nomen maris Myrtoi, *Pauſan.* p. 630. haec vera eſſe negat. Fama tamen de interfecto ſaltem a Pelope Myrtilo valde celebris fuerit neceſſe eſt. Idem enim *Pauſ.* 6, 20. p. 504. meminit narrationis, e qua Myrtilo Pelops in ſtadio Olympico dicebatur κενὸν ἡρῷον poſuiſſe, et θῦσαι, τὸ ἐπὶ τῷ φόνῳ μήνιμα ἰώμενος, idque appellaſſe Taraxippum. et 5, 1. p. 376. habet aliam traditionem, quae primum aiebat Pelopem in Peloponneſo templum aedificaſſe et ſacra feciſſe Mercurio, ἀποτρεπόμενον τὸ ἐπὶ τῷ Μυρτίλου θανάτῳ μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ. In his, vt ſupra, conſtanter Myrtilus dicitur filius Mercurii. Sed tamen etiam hactenus variatum fuiſſe ſcimus e *Schol. Eurip.* Oreſt. 999. vbi quidam eum natum dicebant Clymene et Ioue. Qui auctores, cum non conſtet quantae fidei fuerint, non ſequendi videntur. Certe Mercurii filium eum a plerisque putatum fuiſſe teſtatur alia hiſtoriola a *Schol. Eurip.* l. l. narrata. Nimirum Mercurius, iratus de filii caede, gregi Atrei, Pelopis filii, agnum quendam immiſcuit aureo vellere praeditum. Atreus igitur, orta inter ipſum et fratrem Thyeſten contentione

tione de regno (cf. *Hellanic.* fragm. LXXXV.), regnum ad ſe pertinere conabatur demonſtrare ex eo, quod talis agnus χρυσόμαλλος ipſi natus eſſet. Sed Thyeſtes, vxore Atrei Aerope corrupta, furatus eſt agnum, atque adeo, cum Atreus a Graecis, qui ſe deceptos putarent, eiectus eſſet, regnum occupauit. Atreus deinde, vlturus hanc iniuriam, decantatas illas epulas Thyeſteas fratri parauit, cf. *Pauſ.* 2, 18. in. *Plat.* Polit. T. II. p. 268. A. Ita ſatis apparere videbatur Mercurii ira. Haec fere erat traditio ab Alcmaeonidis auctore allata, et a *Dionyſio Cyclographo.* Φερεκύδης vero οὐ καθ' Ἑρμοῦ μῆνιν φησὶ τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι.

Etſi igitur Polydecti non vere fuerit ambiendae Hippodamiae conſilium, Perſeus tamen promiſſis ſatisfacturus exiit ad interficiendam Meduſam, quae ab *Apollod.* 2, 4, 2. ad Oceanum fuiſſe dicitur. quod quam vim habeat, luculenter oſtendit *Pauſ.* 2, 21. p. 159. Hoc enim auctore regnauit illa poſt patris mortem in Africa circa paludem Tritonidem, cumque bellicoſiſſima eſſet, exercitum oppoſuit Perſeo, ſed noctu dolo occiſa et a Perſeo truncata fuit. Quo facto Perſeus caput eius in Graeciam tulit ἐς ἐπίδειξιν. Idem eod. loco aliam *Proclis* Carthaginienſis narrationem affert. Sed in Libya ſ. Africa eam ponit etiam 3, 17. p. 251. Nomina filiarum Phorci (non Phorbi, vt eſt ap. *Pauſ.* 2, 21. p. 159.) et Cetus, quae ſtatim vetulae natae fingebantur ob deformitatem, quae poſtea reliquas quoque fabulas de vno oculo et dente omnibus tribus communi peperit, ſcribenda ſunt Πεφρηδὼ ſ. Πεφριδὼ, Ἐννὼ et Δεινώ. v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 298. Primae nomen etiam in *Tzetzae* libris ad *Lycophr.* 836. male editum eſt Πεφοδώ.

φροδώ. Non a nymphis, ſed a Mercurio, Perſeum accepiſſe calceos iſtos et galeam et peram, tradit *Eratoſthenes* cataſter. 22. Nempe videtur ille eo reſpexiſſe, quod Mercurio adiutore Perſeus impetrauit a nymphis haec dona. niſi velimus ab eo confuſam dicere harpen cum donis reliquis. Harpen enim, h. e. enſem falcatum, Mercurius dederat, teſte *Apollodoro*. Sed nymphas dediſſe galeam et calceos, e monumento aereo tradit *Pauſ.* 3, 17. p. 251.

XI.

Schol. Pindar. Iſthm. 4, 104. περὶ τοῦ ἀριθμοῦ (np. τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων) διαλλάττουσι. --- Φερεκύδης ἐν δευτέρῳ, Ἀντίμαχον, Κλύμενον, Γλῆνον, Θηρίμαχον, Κρεοντιάδην· λέγων αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβεβλῆσθαι.

Clymenus hic a *Pauſ.* 6, 21. p. 507. vocatur ἀπόγονος Ἡρακλέους τοῦ Ἰδαίου, h. e. eius, qui primus inſtituiſſe perhibetur ludos Olympicos, (v. *Pauſ.* 5, 7. p. 392. *Diodor. Sic.* 3, 73. Vnde non eſt in Herculis Thebani filiis ap. *Apollod.* 2, 7, 8.) et cum ex Cydonia Cretae oppido et ab Iardano fluuio veniſſet, Phrixae dicitur aedificaſſe templum Mineruae Cydoniae. Antimachus ab *Apollod.* l. l. vocatur Herculis e Nicippe, quae fuerit vna e quadraginta Theſpii filiabus, filius; Glenus, e Deianira, Oenei filia. *Tzetzes* ad *Lycophr.* 38. filios Herculis e Megara vocat Ὀνίτην, Θηρίμαχον, Δημοκόοντα, καὶ Κρεοντιάδην. Megaram idem *Apollod.* 2, 4, 11. et *Homer.* Od. λ, 268. vocant filiam Creontis, Thebanorum regis, natu maiorem, quae tres tantum Herculi filios pepererit, Θηρίμαχον, Κρε-

Κρεον ιάδην, Δηϊκόοντα. *Pauſ.* 1, 41. p. 98. non nominatim recenſet Herculis e Megara filios, ſed ſolum ſepulcra eorum Thebis eſſe narrat. Plures narrationum diuerſitates afferre non opus eſt. Satis iam ex allatis elucet, a ſcriptoribus inter ſe confuſos eſſe et Hercules diuerſos, et plures Herculis vxores. Supereſt, vt de cauſſa quaeratur, cur pater filios igni iniecerit. Puto autem eam reperiri poſſe in locis *Apollod.* 2, 6, 1, qui Megaram tradit ab Hercule datam fuiſſe Iolao, et *Euſtathii* ad *Hom.* Od. λ, p. 1683, 44, vbi quidam narrant, eam ab ipſo Hercule interfectam fuiſſe. Videtur igitur Hercules cum matre etiam filios ex ea natos faſtidiuiſſe. *Tzetzes* l. l. inſaniam patri a Iunone immiſſam dicit facinoris cauſam fuiſſe.

XII.

Athenaeus 11, p. 474. F. ἀρχαιότατον ἐστὶ ποτήριον τὸ καρχήσιον, εἴγε ὁ Ζεὺς ὁμιλήσας Ἀλκμήνῃ, ἔδωκε δῶρον αὐτὸ τῆς μίξεως, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ ἱστορεῖ.

Macrob. Saturnn. 5, 21. *Eſt autem carcheſium poculum Graecis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris hiſtoriarum, aitque Iouem Alcumenae pretium concubitus carcheſium aureum dono dediſſe.*

Vberius rem e Pherecyde tradit *Schol. Hom.* Od. λ, 265. Τηλεβόαι στρατεύσαντες, κτείνουσι τὸν Ἠλεκτρύωνος παῖδα περὶ θρεμμάτων ἀγωνιζόμενον, καὶ Ἀμφιτρύων ἀποκτείνας ἀκουσίως Ἠλεκτρύωνα, φεύγει εἰς Θήβας. Ἀλκμήνη δὲ Ἠλεκτρύωνος, οὐκ ἐβούλετο γαμηθῆναι πρὶν τίσασθαι τοὺς Τηλεβόας, ὑπὲρ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν. ὑπισχνεῖται δὲ

δὲ τοῦτο Ἀμφιτρύων, καὶ αὐτὴν εἰς Θήβας μεταγαγὼν πορεύεται ἐπὶ Τηλεβόας. ἐν ταύτῃ Ζεὺς τῇ νυκτὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀμφιτρύωνος οἰκίαν, ἔχων καρχήσιον, ἐοικὼς Ἀμφιτρύωνι. ἡ δὲ Ἀλκμήνη δοκοῦσα τὸν ἑαυτῆς πατρὸν εἶναι, πυνθάνεται περὶ τῶν Τηλεβόων, εἰ κατέκτεινεν αὐτούς. ὁ δὲ Ζεὺς λέγων αὐτῇ πάντα ὅσα ἐγένετο, δίδωσι καὶ τὸ καρχήσιον, φάμενος ἀριστήσας εἰληφέναι παρὰ τῶν στρατιωτῶν. ἡ δὲ ἀσμένως ἀποτίθησιν. ἐπὶ ταύτῃ συνευνασθεὶς Ζεὺς ἀπέρχεται, καὶ τῇ αὐτῇ παραγενόμενος νυκτὶ Ἀμφιτρύων μίσγεται. καὶ γεννᾷ Ἀλκμήνη ἐκ μὲν Διὸς Ἡρακλέα, ἐκ δὲ Ἀμφιτρύωνος Ἰφικλέα. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Teleboae origine quidem erant Lelegum pars, et incolebant littora Acarnaniae, poſtea vero in vicinas inſulas migrarunt, maxime Taphum, quae eſt vna ex Echinadibus. v. *Schol. Apollon.* 1, 747. *Strab.* 10, p. 461. A. Teleboae igitur et Taphii erant iidem. Fabulam ſapiunt, quae habet *Tzetz.* ad *Lycophr.* 932. vbi hanc ipſam hiſtoriam tradit. Eo enim auctore Meſtor e Lyſidice, Pelopis filia, genuit Hippothoen, e qua Neptunus Taphium ſuscepit, ὃς τῆλε βὰς τῆς πατρίδος, τοὺς ὑπ' αὐτὸν ὄντας ἐν ταῖς Ἐχινάσι νήσοις Τηλεβόας καὶ Ταφίους ὠνόμασε. Valde frequens eſt apud ſcriptores fama de eorum latrociniis. v. *Hom.* Od. *o*, 426. *π*, 426. *Strab.* 10, p. 459. B. Electryon, Alcmenae pater ex Anaxo, filia Alcaei fratris, fuit Perſei filius, et huic in Mycenarum regno ſucceſſit. Quo facto filii Pterelai, qui Meſtoris e filia pronepos, Taphii filius, fertur, atque adeo abnepos Perſei, dicuntur cum Taphiis ſ. Telebois veniſſe Mycenas, et Meſtoris regnum ab Electryone repetiiſſe. Cui eorum voluntati cum non morem geſſiſſet Electryon, boues

eius

eius (haec ſunt in noſtro loco θρέμματα) abegerunt. Haec fere eſt *Apollodori* 2, 4, 5. ſq. narratio. Idem tamen de bouibus illis non vnum Electryonis filium decertaſſe et interiiſſe narrat, ſed omnes, praeter Licymnium, quem pater e Midea, muliere aliqua Phrygia, ſpurium ſuſceperat. Occaſionem, qua factum ſit, vt Amphitryon, frater Anaxus, Electryonem interficeret, ita tradit *Apollodorus*: Cum Teleboae boues abactas Polyxeno, regi Eleorum, tradidiſſent, Amphitryon eas inde redemtas Mycenas duxit. Electryon autem, qui filiorum mortem vlciſci vellet, Amphitryoni et regnum tradere conſtituit, et filiam Alcmenen, hanc tamen ea conditione, vt virginem eam ſeruaret, donec ipſe rediiſſet. Amphitryon cum in eo eſſet vt acciperet boues, harum aliquam, quae exſiliret, claua petiit. Claua vero, repulſa a beſtiae cornibus, feriit caput Electryonis, qui ictu illo periit. Haec igitur non pugnant cum iis, quae Pherecydes narrauerat. *Heſiodus* (ασπ. 10. ſq.) Amphitryonem hoc feciſſe auctor eſt χωσάμενον περὶ βουσὶ. quae quidem cum ambigua ſint, quo minus ad iram ex inordinato boum diſcurſu natam referamus quid impedit? De ſociis, quibus Amphitryon in expeditione aduerſus Teleboas vſus ſit, v. *Heſiod.* ασπ. 23. ſqq. et *Apollod.* §. 7. qui idem §. 8. paullo aliter et magis etiam fabuloſe tradit hiſtoriam concubitus Alcmenes cum Ioue. Pro ἐοικὸς haud dubie reponendum eſt ἐοικὼς, vt referatur ad Iouem. Quid ſibi hic velit ὁ τῆς Ἀλκμήνης παστὸς, vel, vt eſt in *Camerarii* editione, παστὸς, plane non capio. *Schol. Apollon.* 1, 775. vocabulum *Apollonii* καλύβησιν interpretatur ſic: ταῖς διὰ τῶν ἱματίων κατεσκευασμέναις, ἃς καλοῦσι παστούς. Poſſit haec difficultas orta videri ex inſue-

to

to nomine *carchesium*. Etsi enim illo etiam poculi genus dicitur indicatum fuisse, proprie tamen summa pars mali (Ita enim legi debet ap. *Macrob.* pro veli) naualis ita nominabatur, auctore *Asclepiade*, viro inter Graecos apprime docto ac diligenti, ap. *Athenae.* et *Macrob.* ll. ll. Sed sine vlla dubitatione puto potius me rescribere potuisse ἀσπαστὸν, dilectum, amasium. Hoc enim nomine non solum *Hesiodus* ασπ. 42. vsus est pro aduerbio ἀσπαστῶς, quod habet *Apollon.* 2, 417. sed etiam *Homer.* Od. ε, 398. vt adiectiuo. Ceterum *Charon Lampsacenus* ap. *Athenae.* 11, p. 475. B. suo tempore poculum illud Alcmenae donatum Lacedaemone monstrari auctor est. Charon autem fuit aequalis Pherecydi. Et *Paus.* 5, 18. p. 422. in arca Cypseli se vidisse innuit viri tunica induti simulacrum, qui dextra manu calicem, sinistra monile tenuerit, quod vtrumque donum acceperit Alcmene. Cur vero poculum potissimum dederit Iupiter, intelligitur ex *Athenaei* fragm. in *Casauboni* animaduu. p. 781. τιμιώτατον δὲ ἦν πάλαι τὸ τῶν ἐκπωμάτων κτῆμα. --- καὶ Θεοφιλὲς δὲ τὸ ποτήριον. cf. mox fragm. XIIII. Eadem nocte et Iouem et Amphitryonem cum Alcmena concubuisse, *Hesiodus* quoque dicit v. 35. sqq. Ex hoc duplici concubitu nati sunt duo filii, Hercules et Iphicles. Hos Iuno, quae ex Ioue audierat, fore vt vnus e Persei posteris rex Mycenarum fieret, (v. *Apollod.* 2, 4, 5.) cum perdere vellet, duo praegrandes serpentes immisit cubiculo, quos Hercules octo mensium infans interfecit. Ita quidem *Apollodorus* §. 8.

Φερεκύδης δέ φησιν, addit Apollod. Ἀμφιτρύωνα, βουλόμενον μαθεῖν, ὁπότερος ἦν τῶν παίδων ἐκείνου, τοὺς δράκοντας εἰς τὴν εὐνὴν ἐμβαλεῖν, καὶ, τοῦ

τοῦ μὲν Ἰφικλέους φυγόντος, τοῦ δὲ Ἡρακλέους ὑποστάντος, μαθεῖν ὡς Ἰφικλῆς ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται. Eadem Pherecydis narratio traditur a *Schol. Pindar.* Nem. 1, 65. εἰσὶν οἳ ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος ἐπιπεμφθῆναι τοὺς ὄφεις φασὶν, ἐπὶ διαπείρᾳ τοῦ γνῶναι, πότερος εἴη τοῦ Διὸς, ὡς Φερεκύδης φησὶν· ἐνιαυσίοις οὖσιν ἤδη. καὶ ὁ μὲν Ἰφικλῆς, φεύγει· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς εὐνῆς μείνας, ἀμφοτέρους ἀπέπνιξεν.

E LIBRO III.

XIII.

Schol. Apollon. 1, 1213. et ex eo *Phauorin.* in v. Ἡρακλῆς. Hercules poſt occiſum Calydone puerum illum, de quo v. ad *Hellanic.* fragm. LII. cum Deïanira vxore et filio Hyllo venit εἰς τὴν Δρυοπίαν. Ληστρικὸν δὲ τὸ ἔθνος, ὁμορροῦν τοῖς Μηλιεῦσιν, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ φησίν.

De Dryope, a quo nomen accepit Dryopum populus atque regio, vid. fragm. VII. Sed de Dryopum hiſtoria omnino legendus eſt *Pauſ.* 4, 34. Nempe qui poſtea Aſinaei dicti ſunt, ii olim Lycoritis finitimi et Parnaſſi accolae Dryopes nominabantur ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ, quod nomen etiam ſeruarunt, poſtquam in Peloponneſum migraſſent. qua de re cf. *Pauſ.* 5, 1. p. 375. *Herodot.* 1, 56. 8, 31. et 43. Sed tertia aetate poſt, cum Phylanti regi parentes (pro quo *Apollod.* 2, 7, 7. Laogoram nominat: v. omnino *Heyn.* p. 465. ſq.) ab Hercule victi Delphos abducti fuiſſent, Apollinis oraculum ſecuti primo Aſinen ad Hermionen tenuerunt: inde

de vero ab Argiuis pulsi Lacedaemoniorum permissu in Messenia habitarunt, quod ne Messenii quidem, cum post aliquod tempus in Peloponnesum rediissent, impedire voluerunt. Hi quidem Asinaei diu sibi honori duxerunt Dryopum nomen, ita vt etiam Dryopis templum et simulacrum effingerent in memoriam eorum, quae olim ad Parnassum habuerant. Dryopem autem, gentis suae conditorem, dicebant Apollinis esse filium. Styrenses vero, in Euboea, qui et ipsi origine erant Dryopes, sed, quia paullo longius ab vrbe habitabant, non interfuerunt pugnae cum Hercule, noluerunt amplius Dryopes nominari. Dryopes autem neque *Herodotus* neque *Pausanias* ob latrocinia infames fuisse dicunt. Non multum ab hac sententia abesse videtur *Strabo* 7, p. 321. A.

Μηλιεῖς dicuntur h. l. qui alias Μαλιεῖς, v. c. ap. *Paus.* 1, 23. p. 54. Hi contermini fuerunt Phthiotidi in Thessalia. v. *Strab.* 8, p. 333. A. quicum consentit Pherecydes noster fragm. VII. Fortassis igitur Dryopum patria vel prima coloniae sedes fuit Thessalia, e qua deinde multae eorum coloniae in alias regiones peruenerunt. Hinc possit explicari, cur plures gentium conditores, Dryopis nomine insigniti, commemorentur a veteribus. Quaelibet enim colonia videtur eum sui auctorem fecisse, a quo maximam in se gloriam redundaturam esse putaret.

XIIII.

Athenaeus 11, p. 470. C. Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, προειπὼν περὶ τοῦ ὠκεανοῦ, ἐπιφέρει·

ὁ δ'

ὁ δ' Ἡρακλῆς ἔλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλῶν, καὶ ὁ Ἥλιος παύσασθαι κελεύει. ὁ δὲ δείσας παύεται. ἥλιος δὲ ἀντὶ τούτου δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπας τὸ χρύσεον, ὃ αὐτὸς ἐφόρει σὺν τοῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς ἕω ἥνιν ἀνίσχει ὁ ἥλιος. ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. καὶ ὅτε δὲ ἦν ἐν τῷ πελάγει, ὠκεανὸς πειρώμενος αὐτοῦ κυμαίνει τὸ δέπας φανταζόμενος. ὁ δὲ τοξεύειν αὐτὸν μέλλει· καὶ αὐτὸν δείσας ὠκεανὸς παύσασθαι κελεύει.

Macrob. Saturnn. 5, 21. *Poculo* Herculem *vectum ad* Ἐρύθειαν Hiſpaniae *inſulam nauigaſſe, et Panyaſis egregius ſcriptor Graecorum dicit, et Pherecydes autor eſt: quorum verba ſubdere ſuperſedi, quia propiora ſunt fabulae, quam hiſtoriae.*

Haec fabula quin ex inani etymologiae ſtudio et genere loquendi antiquo minus recte intellecto nata ſit, luxurianti autem poetarum ingenio vehementer aucta, vix videtur poſſe dubitari. v. *Bentlei.* reſponſ. ad Boyl. p. 213. ed. Lipſ. 1781. 8. *Suchfort* ad Steſichor. p. 14. Vt enim paucis repetam, quae ſaepius a viris doctis tradita ſunt, quidam veterum, vt erant genus hominum ſimplex, et de rebus omnibus, inprimis de corporibus coeleſtibus, fere vnice e ſenſibus iudicans, ſolem occidentem, vt rurſus ad Orientem rediret, nauigio per Oceanum vehi fingebant. v. *Caſaub.* ad *Athenae.* 11, 5. p. 789, 39. et *Heyn.* ad *Apollod.* p. 394. Iam vero ſerioribus temporibus non ſolum in vniuerſum pocula habebantur in praecipuis, quae quis poſſidere poſſet, bonis (v. ad fragm. XII.), ſed etiam multa poculorum genera a re nauali cognominabantur, vt carcheſia, cymbia, canthara. v. *Macrob.* Saturnn. 5, 21. *Bern. Martini* varr. lectt.

3, 3. Inde igitur factum eſt, vt poetae atque pictores (γραφεις enim, non συγγραφεις, legendum puto cum *Caſaubono* ap. *Athenae.* 11, p. 469. D.), vel ex inſcitia linguae veteris vel data opera et genio indulgentes, e nauigiis pocula facerent. Porro cum non Soli tantum tale nauigium vel poculum tribuerent, ſed Herculi quoque ad traiicienda maria eo opus eſſe animaduertiſſent, hunc quoque non nauigio, ſed ad augendam herois praeſtantiam et ad certius excitandam hominum admirationem poculo inſtruxerunt, quo vectus et ad Erythiam peruenerit, et alia etiam traiecerit maria. v. *Heyn.* p. 395. cf. infra fragm. XXX. Quia vero ſemel crediderant, Solem proprie poculo vti, Herculi illud a Sole donatum vel potius commodatum fuiſſe fingere facile potuerunt. Itaque *Macrobius* l. l. recte arbitratur, non poculo Herculem transuectum, ſed nauigio cui ſcypho nomen fuerit. His ſemel effictis, et Oceano ac Sole in perſonas mutatis, valde procliue fuiſſe intelligitur, etiam reliqua, quae hic de minis Herculis in Solem non minus quam in Oceanum leguntur, et quae ex Herculis inſigni fortitudine deriuanda ſunt, affingere. Quae de inſula Erythia ſit mea ſententia, quam Pherecydes in loco p. 71. allato non diſtinxit a Gadibus, quilibet cognoſcere poteſt e Commentatione de Hellanico p. 20- 22. Si cui tamen ea non placet, et qui collectas videre vult veterum de hac inſula narrationes, is adeat *Relandi* diſſ. de mari rubro (in eius diſſertt. miſcell. P. I. Trai. ad Rhen. 1706. 8.) p. 112- 15. et *Heyn.* ad *Apollod.* p. 386- 89. Quod ad ipſa noſtri loci verba attinet, corrupta ea eſſe vnusquisque facile perſpicit. Pro ὁ αὐτὸς ἐφόρει *Heyn.* p. 393. recte ſecutus eſt *Caſauboni* p. 790, 46. emendationem: ὁ αὐτὸν ἐφόρει.

Pro

Pro ἥνιν *Caſaub.* vult ἣ νῦν vel ἣ δή. Sed *Heyn.* p. 394. verius dedit ἵνα. Idem *Heyn.* edidit etiam βαλὼν pro βαλῶν, et καὶ poſt Ἐρύθειαν dicit tollendum eſſe. Sed prior ratio mihi vix videtur ferri poſſe. Futuro enim opus eſt. Altera correctio videtur ſaltem non neceſſaria eſſe.

E LIBRO IIII.

XV.

Schol. Apollon. 3, 1185. Φερεκύδης ἐν δ' οὕτω φησίν. Ἀγήνωρ δὲ ὁ Ποσειδῶνος γαμεῖ Δαμνὼ τὴν Βήλου. τῶν δὲ γίνονται Φοίνιξ καὶ Ἰσαίη, ἣν ἴσχει Αἴγυπτος· καὶ Μελία, ἣν ἴσχει Δαναός. ἔπειτα ἐνίσχει Ἀγήνωρ Ἀργιόπην τὴν Νείλου τοῦ ποταμοῦ. τοῦ δὲ γίνεται Κάδμος.

Omnino cum hoc loco cf. fragm. XVIIII. Agenor iſte, Neptuni e Libye filius, Beli frater (v. *Apollod.* 3, 1, 1. a quo tamen ſatis differt *Schol. Eurip.* Phoenn. 298.), Phoeniciae rex (v. *Apollod.* 2, 1, 4.), diſtinguendus eſt a multis aliis Agenoribus. quod cum non fecerint veteres, multas turbas dederunt in eorum genealogiis. Sic *Apollod.* 3, 1, 1. Agenorem dicit vxorem duxiſſe Telephaſſam, et ex ea, praeter filiam Europam, quam tamen alii Phoenicis filiam vocant, tres filios genuiſſe, Cadmum, Phoenicem, Cilicem. De Damno et Iſaea nihil mihi conſtabat. Aegyptus fuit Beli filius ex Anchinoe, filia Nili. v. *Pauſ.* 7, 21. extr. *Apollod.* 2, 1, 4. Melia diuerſa eſt ab aliis feminis hoc nomine notis, vt ab Oceani filia, ap. *Pauſ.*

Pauſ. 9, 10. p. 730. et ab ea, quae in Niobes filiabus commemorabitur infra fragm. XXVIIII. Danaus fuit frater Aegypti. Argiope rurſus non confundenda eſt cum Argiopa nympha, Philammonis coniuge, Thamyridis matre, ap. *Pauſ.* 4, 33. p. 362. A *Schol. Eurip.* Phoenn. 5. male vocatur Ἀντιόπη, quod iam ab aliis animaduerſum eſt. Pro τοῦ δὲ poſt ποταμοῦ malim τῶν δέ.

Hic Cadmus a patre Agenore miſſus fuit, vt Europam ſororem, ab Ioue raptam (v. *Hellanic.* fragm. XXVI.), quaereret. Συνεξῆλθε δὲ, inquit *Apollod.* 3, 1, 1. ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῆς Τηλεφάσσα ἡ μήτηρ, καὶ Θάσος ὁ Ποσειδῶνος· ὡς δὲ Φερεκύδης φησὶ, Κίλικος.

Cilix erat frater Cadmi. v. *Schol. Eurip.* l. l. et *Apollod.* l. l. Sed Thaſus a *Pauſ.* 5, 25. p. 445. dicitur filius Agenoris. Tale genus differentiarum ſaepe offendimus, vt quis ab aliis filius, ab aliis nepos alicuius dicatur. v. ſupra p. 85.

De raptu ipſo cf. *Iul. Car. Schlaegeri* gemma antiqua, ſiſtens Europae raptum, Hamb. 1734. 4. Per huius itineris occaſionem Cadmus venit Thebas, et occidit draconem. v. *Apollon. Rhod.* 3, 1177. ſqq.

E LIBRO V.

XVI.

Schol. Apollon. 3, 1178. et ex eo *Phauorin.* in v. Κάδμος· Φερεκύδης ἐν τῇ πέμπτῃ οὕτω φησίν·

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβησιν, Ἄρης δίδοῖ αὐτῷ καὶ Ἀθηναίη τοῦ ὄφιος τοὺς ἡμίσεις ὀδόντας, τοὺς δὲ ἡμίσεις Αἰήτῃ· καὶ ὁ Κάδμος αὐτίκα σπείρει αὐτοὺς εἰς τὴν ἄρουραν, Ἄρεος κελεύσαντος, καὶ αὐτῷ ἀναφύοντας ἄνδρες ὡπλισμένοι. ὁ δὲ Κάδμος δείσας, βάλλει αὐτοὺς λίθοισι (*Phau.* λίθοισιν). οἱ δὲ δοκέοντες ὑφ' ἑαυτῶν βάλλεσθαι, κτείνουσί τε ἀλλήλους καὶ θνήσκουσι, πλὴν πέντε ἀνδρῶν, Οὐδαίου, Χθονίου, Ἐχίονος, Πέλωρος, Ὑπερήνορος· καὶ αὐτοὺς ὁ Κάδμος ποιεῖται πολίτας, κατοικίσας αὐτοὺς (*Phau.* Κάδμος πολίτας κατῴκισεν) ἐν Θήβαις.

Schol. Pindar. Isthm. 7, 13. Φερεκύδης διττάς φησιν εἶναι σπαρτῶν γένη. τὸν γὰρ Ἄρη καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ὀδόντων Κάδμῳ δοῦναι, τοὺς δὲ ἡμίσεις Αἰήτῃ.

Apollodor. 3, 4, 1. Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Κάδμος, ἰδὼν ἐκ γῆς ἀναφυομένους ἄνδρας ἐνόπλους, ἐπ' αὐτοὺς ἔβαλε λίθους· οἱ δὲ, ὑπ' ἀλλήλων νομίζοντες βάλλεσθαι, εἰς μάχην κατέστησαν.

De Cadmi genere v. ad fragm. XV. Cadmum Phoenicium, non Aegyptium, Thebas veniſſe oſtendit *Pauſ.* 9, 12. p. 734. qui idem c. 10. ſua adhuc aetate monſtrari dicit locum, vbi Cadmus occiſi ab ipſo draconis dentes ſeuerit. Occidit autem draconem iuxta τὴν Ἀρητιάδα κρήνην, vt eſt in *Hellanic.* fr. XXVI. h. e. κρήνην Ἄρεος, quae appellatio legitur ap. *Eurip.* Suppl. 660. cf. *Valckenar.* ad Phoeniſſ. p. 684. Aeetes, qui Solis et Perſeidis, h. e. filiae Perſei, quae Πέρση vocatur ab *Homero* Od. κ, 139. filius fuiſſe traditur ab *Heſiodo* theog. 956. et quem alii patrem, alii fratrem Circes faciunt (v. *Schol. Apollon.* 3, 200.), fuit

rex Colchidis, qui habuit tauros illos igniuomos, de quibus fragm. XXII. dicetur. v. *Apollod.* 1, 9, 1. Hunc Aeeten a Minerua dimidiam dentium partem accepiſſe narrat *Apollod.* §. 23. De iis, quae ſequuntur, cf. *Hellanic.* fragm. LXXVII.

Occiſo dracone Cadmus regnum Thebanum accipit, et ab Ioue donatur vxore Harmonia, de cuius parentibus v. ad *Hellanic.* fr. LXXI. Has nuptias ornarunt omnes dii ſua praeſentia, Muſae etiam cantu. v. *Hellanic.* fr. XXVI. et *Pauſ.* 9, 12. p. 734. qui Thebis in foro ait locum monſtrari, vbi illae cecinerint. Idem *Pauſ.* 3, 18. p. 256. vidit in tripode quodam hanc hiſtoriam inſculptam, qua de re ſcripſit haec: *ἐς τὸν γάμον τὸν Ἁρμονίας δῶρα κομίζουσιν οἱ θεοί.* Porro Cadmus Harmoniae dedit peplum, vt tradit *Apollod.* 3, 4, 2. et *τὸν Ἡφαιστότευκτον ὅρμον* (h. e. monile praeclare et ſumma arte elaboratum, de quo v. *Pauſ.* 9, 41. *Hellanic.* fragm. CIII.), *ὃν ὑπὸ Ἡφαίστου λέγουσί τινες δοθῆναι Κάδμῳ, Φερεκύδης δὲ ὑπὸ Εὐρώπης· ὃν παρὰ Διὸς αὐτὴν λαβεῖν.*

In numero liberorum Cadmo et Harmonia natorum nobiles maxime ſunt Ino et Semele, illa Athamantis vxor, mater Melicertae, quae tandem dea facta et Leucothea dicta eſt, haec mater Bacchi. v. *Apollod.* 3, 4, 2. ſqq. De his omnibus haud dubie prolixe egerat Pherecydes. Videamus narrationum eius reliquias.

Suidas: *Ὑης, Ὑου. ἐπίθετον Διονύσου. ὡς Κλείδημος. ἐπειδὴ, φησὶν, ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ, καθ' ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον. ὁ δὲ Φερεκύδης, τὴν Σεμέλην Ὑην λέγεσθαι· καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς, Ὑάδας.*

Bac-

Bacchum cognominatum fuiſſe Hyen, ex aliis etiam veterum locis oſtendit *Valeſ.* ad *Harpocr.* p. 101. A *Schol. Ariſtoph.* auu. 874. vocatur Ὗας. Eadem fere, quae *Suidas*, habent *Etymol. M.* et *Phauorin.* niſi quod poſt ἐπειδὴ omittunt φησὶ, et pro λέγεσθαι exhibent λέγει, et Ὕδας pro Ὑάδας. *Clidemi* rationem ſequitur *Schol. Arati* Phaenomm. 172. Θαλῆς μὲν δύο αὐτὰς (Hyadas) εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι, τρεῖς. Ἀχαιὸς δὲ, δ'. Ἱππίας δὲ καὶ Φερεκύδης, ζ'. ἡ δὲ προσωνυμία ἐστὶν, ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο. Ὗης δὲ, ὁ Διόνυσος.

Vberius Hyadas deſcribit Pherecydes ap. *Schol. Homer.* Il. σ, 486.

τοὺς ἐπὶ τῶν κεράτων τοῦ Ταύρου ἑπτὰ ἀστέρας κειμένους. καλοῦνται δὲ Ὑάδες, ἤτοι διὰ τὴν πρὸς τὸ ῡ στοιχεῖον ὁμοιότητα, ἢ ἐπειδὴ αἴτιοι ὄμβρων καὶ ὑετῶν καθίστανται. Ζεὺς ἐκ τοῦ μηροῦ γεννηθέντα Διόνυσον ταῖς Δωδωνίσι Νύμφαις τρέφειν ἔδωκεν, Ἀμβρωσίᾳ, (*Villoiſ.* Ἀμβροσίᾳ) Κορωνίδι, Εὐδώρῃ, Διώνῃ, Αἰσύλῃ, Πολυξοῖ. (*Villoiſ.* Πολυξώ.) αὗται θρέψασαι τὸν Διόνυσον, περιήεσαν (*Villoiſ.* περιήρχοντο) τὴν αὐτῶ, τὴν εὑρεθεῖσαν ἄμπελον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις χαριζόμεναι. Λυκοῦργος δὲ μέχρι τῆς θαλάσσης συνεδίωξε (*Villoiſ.* ἐδίωξε) τὸν Διόνυσον. ἐκείνας δὲ ἐλεήσας ὁ Ζεὺς κατηστέρισεν. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. (*Villoiſ.* Φερεκύδει.)

Ibid. paullo poſt: Φερεκύδης, καθάπερ εἴρηται, (*Villoiſ.* καθὰ προείρηται,) τὰς Ὑάδας Δωδωνίδας Νύμφας φησὶ εἶναι, καὶ Διονύσου τροφούς. ἐς παρακαταθέσθαι τὸν Διόνυσον Ἰνοῖ (*Villoiſ.* τῇ Ἰνοῖ) διὰ

τὸν τῆς Ἥρας φόβον. καθ' ἓν καιρὸν καὶ αὐτὰς Λυκοῦργος ἐδίωξε.

Hygin. poet. aſtron. 2, 21. p. 395. *Hyades Pherecydes Athenienſis Liberi nutrices eſſe demonſtrat, numero ſeptem, quas etiam antea Nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina ſunt haec: Ambroſia, Eudora, Pheſyle, Coronis, Polyxo, Phaeo, Thyene. Hae dicuntur a Lycurgo fugatae, et praeter Ambroſiam omnes ad Thetyn profugiſſe, vt ait Aſclepiades. Sed vt Pherecydes dicit, ad Thebas Liberum perlatum Iunoni tradiderunt. Quam ob cauſſam ab Ioue gratia eis eſt relata, quod inter ſidera ſunt conſtitutae.*

Schol. Germanici ad Taurum p. 105. *In ſigno Tauri frons et facies Hyades vocantur, quas Pherecydes Athenaeus nutrices Liberi dicit, quae Dodonides nymphae vocantur. Quae cum a Lycurgo captiuitatem timentes fugerent Thebas, ne ſibi a Iunone aliquid paterentur, Iupiter coelo illatas ſideribus honorauit, Hyadesque appellauit, quod naſcente Libero eas inuenerit, quas in ſignum temporis poſuit, vel quod ſint pluuiales: ὕειν enim* pluere *eſt, quia earum ortus imbres concitat: vel quia in modum* Υ *litterae poſitae ſunt.*

Hi loci, quanquam fere omnes corrupti ſunt, mutuum tamen ſibi auxilium praeſtant. Sic in primo loco deeſt ſeptimum Nymphae nomen Φαιώ. In *Hygino* contra pro *Pheſyle* ſcribendum videtur *Aeſyle* et *Dione* pro *Thyene*, et *Inoni* pro *Iunoni*. Dodone, vt conſtat, erat vrbs Epiri, in confinio Moloſſidis ac Theſprotidis, vbi erat templum et oraculum Iouis celeberrimum. Nymphae autem Dodonides non vno modo numerantur et nominan-

nantur. *Hyginus* enim fab. 182. ita de iis: „Oceani, inquit, filiae, Idothea, Althaea, Adraſta (*Munckerus* emendat: Ida, Amalthea, Adraſtea). alii dicunt Meliſſei filias eſſe, Iouis nutrices, quae nymphae Dodonides dicuntur. alii Naiades vocant: quarum nomina, Ciſſeis, Nyſa, Erato, Eriphia, Bromie, Polyhymno (pro qua fab. 192. eſt Polyxo): hae in monte Nyſa munere alumni potitae ſunt, --- et depoſita ſenectute in iuuenes mutatae ſunt, conſecrataeque poſtea inter ſidera Hyades appellantur. alii tradunt vocitatas Arſinoe, Ambroſie, Bromie, Ciſſeis, Coronis.“ Apud *Apollodor.* 3, 4, 3. non Dodonides antea vocatae dicuntur, ſed Nyſeides, Νύμφαι ἐν Νύσσῃ τῆς Ἀσίας κατοικοῦσαι. ad q. l. vid. *Heyn.* p. 563. ſq. omninoque rem aliter narrauerant Praſiarum in Laconica incolae. v. *Pauſan.* 3, 24. Sed in eo ab omnibus conſentiri vidi, Bacchi nutrices fuiſſe nymphas. Et recte eas vocari ſic poſſe oſtendit *Athenaeus* 11, p. 465. B. αἱ γὰρ ἄμπελοι, inquiens, πλεῖστον ὑγρὸν χέουσι τεμνόμεναι, καὶ κατὰ φύσιν δακρύουσι.

E LIBRO VI.

XVII.

Schol. Apollon. 2, 1153. et ex eo *Phauorin.* in v. Χαλκιόπην· Φερεκύδης ἐν ἕκτῳ Εὐηνίαν αὐτὴν φησι καλεῖσθαι.

Idem Scholiaſtes addit, hanc Aeetae filiam etiam Ὀφιοῦσαν cognominatam eſſe. Poteſt hoc verum putari. Sed poteſt etiam dici, plures Aeetae

filias cum vna illa tanquam nobiliſſima, quippe quam pater Phrixo vxorem dedit, confuſas fuiſſe. v. *Apollod.* 1, 9, 1. Fortaſſis tamen verum nomen fuit Ἰυφῶσσα. v. infr. fragm. XXXX. Ceterum Ophiuſa olim dicta eſt Rhodus, ob ſerpentium multitudinem. v. *Hygin.* poet. aſtron. 2, 14.

XVIII.

Schol. Apollon. 1, 23. Φερεκύδης ἐν τῇ ϛ', Φιλάμμωνα φησὶ καὶ οὐκ Ὀρφέα συμπεπλευκέναι (cum Argonautis)· εἶναι δὲ Ὀρφέα, κατὰ μὲν Ἀσκληπιάδην Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης, κατὰ δὲ ἑνίους, Οἰάγρου καὶ Πολυμνίας.

Philammonis huius genus e Pherecyde refert *Schol. Homer.* Odyſſ. τ, 432. Φιλωνὶς ἡ Δηϊόνος θυγάτηρ, οἰκοῦσα τὸν Παρνασσὸν, ἐν αὐτῷ παρελέχθη καὶ Ἀπόλλωνι. εἶχε γὰρ τὸ κάλλος ἐράσμιον ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς θεοὺς ζηλοτυποῦντας κατὰ τὸ αὐτῇ θελῆσαι μίσγεσθαι. εἶτα ἐκ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος γίνεται Φιλάμμων ἀνὴρ σοφιστὴς, ὃς καὶ πρῶτος ἐδόκει χοροὺς συστήσασθαι παρθένων, ἐκ τοῦ Ἑρμοῦ Αὐτόλυκος, ὃς οἰκῶν τὸν Παρνασσὸν πλεῖστα κλέπτων ἐθησαύριζεν. εἶχε γὰρ ταύτην τὴν τέχνην παρὰ τοῦ πατρὸς, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους, ὅτε κλέπτοι τὶ, λανθάνειν, καὶ τὰ θρέμματα τῆς λείας ἀλλοιοῦν εἰς ὃ θέλοι μορφῆς, ὥστε πλείστης αὐτὸν δεσπότην γενέσθαι λείας. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Deion ſ. Deioneus, rex Phocidis vel potius Phthiotidis (v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 144.), dicitur e Diomede, Xuthi filia, Aſteropoeam genuiſſe. v. *Apollod.* 1, 9, 4. Sed cum *Apollodorus* nec Diae meminerit, quae et ipſa fuit Deionis filia (v. fragm. LXVIIII.),

LXVIIII.), nihil obſtat quo minus Philonidem quoque ab eo omiſſam dicamus. Memorat eam *Conon* narrat. 7. Sed *Hyginus* fab. 200. Daedalionis filiam vocat. παρελέχθη, niſi vitioſe editum eſt, habet nouam plane notionem, vt ſit: etiam ab Apolline fuit adamata. Ante verba καὶ Ἀπόλλωνι *Munckerus* ad *Hygin.* l. l. omiſſum putat nomen Ἑρμῆ, quod ſane deſiderari videtur a ſequentibus. Sic quoque participium ζηλοτυποῦντας non habet, vnde pendeat, niſi intelligere velimus εἶναι vel γενέσθαι, et ante genitiuum Ἑρμοῦ deſideratur particula δέ. Autolycus ap. *Pauſ.* 8, 4. p. 605. dicitur οἰκῶν μὲν ἐν τῷ ὄρει τῷ Παρνασσῷ, λεγόμενος δὲ Ἑρμοῦ παῖς εἶναι, Δαιδαλίωνος δὲ ὢν τῷ ἀληθεῖ λόγῳ. Ab *Apollodoro* 1, 9, 16. recenſetur in Argonautis. Quae Scholiaſtes Apollonii de Orphei genealogia affert, ea poſſunt quidem ex Aſclepiade quodam deſumta putari, ſed non ita debent intelligi, vt Pherecydes ipſe Aſclepiadem auctorem ſecutus ſit, cum nullus notus ſit Aſclepiades Pherecyde vetuſtior.

Oeagri proprie, ſed e vulgari fama Apollinis, et Calliopes filius atque adeo frater Lini dicitur Orpheus ab *Apollod.* 1, 3, 2. et *Hygin.* fab. 14. cf. *Pauſ.* 9, 30. p. 768.

XVIIII.

Schol. Apollon. 2, 181. ὅτι δὲ ἦρχεν ὁ Φινεὺς μέχρι τοῦ Βοσπόρου Θρᾳκῶν πάντων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ (εἰσὶ δὲ οὗτοι Βιθυνοί τε καὶ Παφλαγόνες), Φερεκύδης ἐν τῇ ϛ΄ φησί.

Phineus a Pherecyde, vt ab Heſiodo, Aſclepiade et Antimacho, dictus fuit Phoenicis illius, qui patrem Agenorem habuit, et Caſſiepeae filius,

teſte *Schol. Apollon.* 2, 178. Pro Agenoris filio eum habuit *Hellanicus* fragm. 83. qui cum noſtro conſentit de regni ambitu. cf. *Hygin.* fab. 19. Caſſiepeam *Apollodorus* 3, 1, 2. vocat Cephei vxorem. Sed poſſunt et Cepheus et Phoenix coniugem hoc nomine habuiſſe.

XX.

Schol. Apollon. 2, 271. ὅτι διὰ τοῦ Αἰγαίου πόντου καὶ τοῦ Σικελικοῦ αὐτὰς (Harpyias) ἐδίωκον (Boreae filii), Φερεκύδης ἐν ἕκτῃ φησί.

Hi Boreae filii, Zetes et Calais, de quibus vid. *Apollod.* 1, 9, 16. et 21. cum notis Heynii ſp. 192. ſqq. artificibus etiam extiterunt operum argumentum. Certe Amyclis tale opus viſebatur, v. *Pauſ.* 3, 18. p. 256. De Harpyiis ſufficiet verba *Tzetzae* ad *Lycophr.* 167. attuliſſe: Ἅρπυιαι δαίμονές τινες, τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, Ἄελλώ, καὶ Ὠκυπέτη, καὶ Κελαινώ, Ἴριδος ἀδελφαί, θυγατέρες Θαύμαντος καὶ Ἠλέκτρας, τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρός. Ἅρπυιαι δὲ λέγονται καὶ ὄρνεά τινα ἁρπακτικά, ὅθεν ἐμυθεύσαντο καὶ τὰς τοῦ Φινέως θυγατέρας, Ἐράσειαν καὶ Ἀρπύρειαν, ὄρνεα εἶναι, ἁφαρπάζοντα τὴν τροφὴν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ γέροντος. De mari Aegaeo dicetur infra, fragm. LXII.

XXI.

Schol. Apollon. 2, 299. Φερεκύδης ἐν ε' φησιν, εἰς τὸ σπέος αὐτὰς (Harpyias) φυγεῖν τῆς Κρήτης τὸ ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Ἀργινοῦντι.

De hoc λόφῳ Ἀργινοῦντι nil mihi innotuit.

XXII.

XXII.

Schol. Apollon. 3, 411. Agrum illum Marti ſacrum, quem *Apollonius* Τετράγυιον vocat, et quem Aeetes duobus tauris aeripedibus et igniuomis iunctis colebat, πεντηκοντόγυιον φησὶ Φερεκύδης ἐν τῇ ἕκτῃ.

De tauris ipſis haec habet idem *Schol.* ad v. 230. ὅτι χαλκόποδες οἱ ταῦροι καὶ πῦρ πνέοντες, καὶ Φερεκύδης φησί. Quibus deſcriptionibus nihil ſignificari niſi tauros egregie laboribus ferendis facile pares, ac robuſtiſſimos, viri docti omnes conſentiunt.

E LIBRO VII.

XXIII.

Schol. Apollon. 4, 156. Φερεκύδης φησιν ἐν ἑβδόμῳ, φονευθῆναι τὸν δράκοντα ὑπὸ Ἰάσονος.

Eadem narrauerat *Herodorus.* (v. *Schol. Apollon.* 4, 87.) Sed *Apollonius* 4, 156. ſqq. *Antimachum* ſecutus, item *Hyginus* fab. 22. et *Apollod.* 1, 9, 23. hunc draconem, velleris aurei cuſtodem, dixerunt a Medea per venena fuiſſe ſopitum, tantummodo.

XXIIII.

Schol. Apollon. 4, 223. Φερεκύδης ἐν ἑβδόμῳ τὴν Μήδειαν φησὶν ἆραι τὸν Ἄψυρτον ἐκ τῆς καίτης, Ἰάσονος εἰπόντος αὐτῇ, καὶ ἐνεγκεῖν πρὸς τοὺς Ἀργοναύτας. ἐπεὶ δὲ ἐδιώχθησαν, σφάξαι, καὶ μελίσαντας

σαντας ἐκβαλεῖν εἰς τὸν ποταμόν. et ad v. 228. Φερεκύδης ἐν ἑβδόμῳ, διωκομένους ἀναβιβάσαι ἐπὶ τὴν ναῦν τὸν Ἄψυρτον, καὶ μελίσαντας ῥίψαι εἰς τὸν ποταμόν.

Tzetzes ad *Lycophr.* 175. prolixe narrat Medeae hiſtoriam, ſecutus et alios auctores et vero etiam Pherecydem. Apſyrtus teſte *Cic.* de N. D. 3, 19. apud *Pacuuium* eſt Aegialeus, ſed illud nomen veterum litteris vſitatius. A Pherecyde vocatus fuit Ἄξυρτος, vt colligo e *Schol. Eurip.* Med. 167. ὁ Φερεκύδης διὰ τοῦ ξ' ὀνομάζει αὐτόν. niſi forte corruptus eſt locus. Erat frater Medeae. v. *Apollod.* 1, 9, 24. qui dicit, Medeam fratris interfecti membris diſperſis Aeetam patrem moratam eſſe. Quae quidem videtur fuiſſe maxime vulgaris traditio, quod intelligi poteſt e *Cic.* leg. Manil. 9. *Ennio* ap. *Cic.* de N. D. 3, 26. *Ouidio* triſtt. 3, 9, 27. ſq. etc. Cum vero ea non magnopere differat a Pherecydis narratione, recte dicere poſſumus cum *Heynio* ad *Apollod.* p. 208. Apollodorum ſecutum eſſe Pherecydem.

XXV.

Schol. Homer. Odyſſ. λ, 320. Κέφαλος ὁ Δηϊονέως γήμας Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως, ἐν τῇ Θορικέων κατῴκει. θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι, λέγεται εἰς ἀποδημίαν ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ, καταλιπὼν αὐτὴν ἔτι νύμφην οὖσαν. ἔπειτα κατακοσμήσας, καὶ ἀλλοειδῆ ἑαυτὸν ποιήσας, ἔρχεται εἰς τὴν οἰκίαν, ἔχων κόσμον. καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξεσθαι τοῦτο, καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. ἡ δὲ Πρόκρις ἐποφθαλμίσασα τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν Κέφαλον ὁρῶσα κάρτα καλὸν, συγκοιμᾶται αὐτῷ. ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν ὁ Κέφαλος, αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. οὐ μὴν ἀλλὰ καταλλαγεὶς ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. πυκνῶς δὲ αὐτοῦ τοῦ-

τος δρῶντος, ὑπόπτευσεν ἡ Πρόκρις, ὅτι μίσγεται γυναικὶ ἑτέρᾳ. προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν εἰ συνοῖδεν. ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν ἐπί τινος ὄρους κορυφὴν, καὶ λέγειν συχνῶς· ὦ Νεφέλα παραγενοῦ. καὶ τοῦτο μόνον συνειδέναι. ἡ δὲ Πρόκρις ἀκούσασα ἔρχεται εἰς ταύτην τὴν κορυφὴν, καὶ κατακρύπτεται. καὶ τὸ αὐτὸ λέγοντος αὐτοῦ πυθομένη, προστρέχει πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ Κέφαλος ἰδὼν αὐτὴν αἰφνιδίως, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται. καὶ ὥσπερ εἶχε βάλλει μετὰ χεῖρα ἀκοντίῳ τὴν Πρόκριν, καὶ κτείνει. μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Ἐρεχθέα, θάπτει πολυτελῶς αὐτήν. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ζῃ.

Omnino cf. *Euſtath.* ad h. l. p. 1688, 20. De Cephalo eiusque temerario facto, propter quod ei iudicium in Areopago ſubeundum fuit, vid. ad *Hellanic.* p. 125. ſq. vbi etiam Procridis et Erechthei breuis mentio facta eſt. In verbis ἐν τῇ Θορικέων, ſi recte haberent, intelligendus eſſet ablatiuus φυλῇ. Sed velim potius pro τῇ legere τῷ, np. δήμῳ. Nam non ſolum Θοραὶ fuit δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, ſed etiam Θόρικος, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς, teſte *Diodoro* in libro περὶ δήμων ap. *Harpocrat.* Θόρικον h. l. intelligendum eſſe docet *Antonin. Liberalis* c. 41. cf. interpp. ad *Thucyd.* 8, 95. et *Meurſ.* de pagis, in *Gronouii* theſ. T. IV. p. 720. ſq. Verbum ἀποπειρᾶσθαι eodem modo conſtructum et eodem ſenſu adhibitum extat in *Schol. Theocr.* 3, 2. Pro verbo λέγεται vel aliud verbum ponendum eſt, quod ſignificet *parat ſe*, vel quod magis placet, omiſſus eſſe putandus eſt infinitiuus ἀπελθεῖν, vel ſimilis. Δέξεσθαι mutari debet in δέξασθαι, et ὑπόπτευσεν in ὑπώπτευσεν. Poſt βάλλει ante μετὰ ex *Euſtathio* inſeri debet

debet τῷ. *Pauſanias* 1, 37. p. 91. ita narrat de Cephalo: Κέφαλον τὸν Δηϊονέως, συνεξελόντα λέγουσιν Ἀμφιτρύωνι Τηλεβόας, τὴν νῆτον οἰκήσαι πρῶτον, ἣ νῦν ἀπ' ἐκείνου Κεφαλληνία καλεῖται. μετοικεῖν δὲ αὐτὸν τέως ἐν Θήβαις, φεύγοντα ἐξ Ἀθηνῶν διὰ τὸν Πρόκριδος τῆς γυναικὸς φόνον. Similia habet *Antoninus* l. l. Idem *Pauſanias* 10, 29. p. 870. picturam aliquam commemorat, in qua fuerit Procris, et poſt eam Clymene, ſed ita vt haec tergum obuerteret: In Νόστοις tradi, Clymenem eſſe Minyae filiam (cf. *Schol. Apollon.* 1, 45. 230. et *Euſtath.* l. l. p. 1688. ſq.) et Cephalo nupſiſſe, qui ex ea genuerit Iphiclum. Sed Procridem ait *Pauſanias* omnium conſenſu dici ante Clymenen cum Cephalo conſueuiſſe.

XXVI.

Schol. Homer. Odyſſ. λ, 289. Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος ἔχων θυγατέρα Πηρὼ τοὔνομα κάλλει εὐπρεπεστάτην, οὐδενὶ ταύτην ἐξεδίδου πρὸς γάμον, εἰ μὴ πρότερον ἐκ Φυλάκης τὰς τῆς μητρὸς Τυροῦς ἐλάσειεν τὶς βοῦς παρ' Ἰφίκλου. πάντων δὲ ἀπορουμένων, Βίας ὁ Ταλαοῦ μόνος ὑπέσχετο δράσειν τοῦτο. καὶ πείθει τὸν ἀδελφὸν Μελάμποδα, ἐξαγαγεῖν τὸ ἔργον. ὁ δὲ καίπερ εἰδὼς ἅτε δὴ μάντις ὅτι ἁλώσεται ἐνιαυτὸν, εἰς τὴν ὀφρὺν ἀφικνεῖται ἐπὶ τὰς βοῦς. οἱ δὲ φύλακες ἐνταῦθα καὶ οἱ βουκόλοι κλέπτοντα αὐτὸν λαμβάνουσι καὶ παραδιδόασιν Ἰφίκλῳ, καὶ δεθεὶς ἐφυλάσσετο, παρεζευγμένων αὐτῷ θεραπόντων δύο, ἀνδρὸς καὶ γυναικός. καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ αὐτὸν ἐπιεικῶς ἐθεράπευεν, ἡ δὲ γυνὴ φαυλότερον. ἐπεὶ δὲ ὁ ἐνιαυτὸς ὀλίγον πρὸς τὸ τελειωθῆναι περήει, Μελάμπους ἀκούει ὕπερθεν τινῶν σκωλήκων διαλεγομένων, ὅτι καταβεβρώκοιεν τὴν δοκόν. καὶ τοῦτο ἀκούσας

σας καλεῖ τοὺς διακόνους, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐκφέρειν, τῆς κλίνης λαμβανομένους τὴν μὲν γυναῖκα πρὸς ποδῶν, τὸν δὲ ἄνδρα πρὸς κεφαλῆς. οἱ δὲ αὐτὸν ἀναλαβόντες ἐκφέρουσιν. ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ἡ δοκὸς καταπλαῖται καὶ ἐπιπίπτει τῇ γυναικὶ, καὶ κτείνει αὐτήν. ὁ δὲ ἀνὴρ ἐξαγγέλλει τῷ Φυλάκῳ, ὁ δὲ Φύλακος Ἰφίκλῳ τὰ γενόμενα. οἱ δὲ ἐλθόντες παρὰ τὸν Μελάμποδα, ἐρωτῶσι αὐτὸν, τίς ἐστιν. ὁ δὲ ἔφη μάντις εἶναι. οἱ δὲ αὐτῷ τὰς βοῦς ἐπισχνοῦνται δώσειν, ἐὰν μηχανήν τινα εὕρῃ παίδων γενέσεως Ἰφίκλῳ, καὶ πιστοῦνται ταῦτα. ὁ δὲ Μελάμπους βοῦν ἱερεύσας τῷ Διΐ, διαιρεῖ μοῖρας παῖσι τοῖς ὄρνισιν. οἱ δὲ ἔρχονται πάντες πλὴν ἑνὸς αἰγυπιοῦ. ὁ δὲ Μελάμπους ἐρωτᾷ πάντας τοὺς ὄρνιθας, εἴ τις οἶδε μηχανὴν, πῶς ἂν Ἰφίκλῳ γένοιντο παῖδες. ἀποροῦντες δὲ ἐκεῖνοι, κομίζουσι τὸν αἰγυπιόν. οὗτος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπαιδίας σποδὰς εὐθέως εὗρεν. διώξας γὰρ τὸν Φύλακον μετὰ μαχαίρας τὸν Ἴφικλον ἔτι νεογνὸν ὄντα διὰ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν ἄτοπόν τι ποιοῦντα. ἔπειτα τὸν Φύλακον μὴ καταλαμβάνοντα, πῆξαι τὴν μάχαιραν εἴς τινα ἀχερδον. καίπερ φῦναι αὐτὴν τὸν φλοιόν. τὸν δὲ Ἴφικλον διὰ τὸ δέος μηκέτι παῖδας ποιῆσαι. ἐκέλευσεν οὖν ὁ αἰγυπιὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἐν τῷ ἀχέρδῳ κομίζειν, καὶ ἀποσμήξαντα τὸν ἰὸν διδόναι ἀπ' αὐτῆς πιεῖν ἐν οἴνῳ δέκα ἡμέρας Ἰφίκλῳ. γεννῆσαι δὲ αὐτῷ παῖδας ἐκ τούτου. ποιήσας δὲ ὁ Ἴφικλος τοῦτο, τὴν γονὴν ἀναῤῥώννυσι. καὶ ἴσχει Ποδάρκην παῖδα. καὶ δίδωσι τὰς βοῦς τῷ Μελάμποδι. ἃς λαμβάνει αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ Βίαντι πρὸς γάμον, καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες, Περιαλκὴς, καὶ Ἄρητος, καὶ Ἀλφεσίβοια. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

De

De Neleo, Pyli rege, patre Neſtoris, ſtatim ponam aliam Pherecydis narrationem ex eodem Scholiaſta ad v. 280.

Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Τυροῦς παῖς, ἐξελασθεὶς ὑπὸ Πελίου τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Ἰωλκοῦ, ἀφίκετο εἰς Μεσήνην τῆς Πελοποννήσου. καὶ λαβὼν παρὰ ἐγχωρίων, τὴν Πύλον κτίζει. καὶ γαμεῖ Χλῶριν, τὴν Ἀμφίονος τοῦ Ἰάσου καὶ Φερσεφόνης τῆς Μίου θυγατέρα. βασιλεύει τε οὐ μόνον τῶν Πυλίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ὀρχομενῷ, καὶ γίνεται εὐδαιμόνων. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Fere eadem tradiderat *Hellanicus* fragm. XII. ad q. l. dixi de vrbe Iolco et Pylo. Neleus etiam a *Pauſania* 10, 29. p. 870. dicitur filius Neptuni, Chloridis maritus. Diſtinguendus autem eſt, quod non feci in notis ad Hellanic. p. 52. a Neleo Attico, Codri filio, qui proprie dicebatur Νειλεύς, ſi credere poſſumus *Euſtathio* ad *Homer.* Odyſſ. λ, p. 1681, 55. Sed *Tzetza* teſte ad *Lycophr.* 387. ab Aeolibus tantum ſcribitur Νείλευς. Non vero Neleum, ſed Pylum, filium Cleſonis, deductis e Megaride colonis Lelegibus Pylum vrbem primum condidiſſe, quem paullo poſt Neleus et Pelasgi Iolco venientes expulerint, auctor eſt *Pauſanias* 4, 36. in. a quo eodem 5, 16. p. 417. etiam Chloris dicitur Amphionis filia, vnde ap. eundem 9, 36. extr. vbi haec leguntur: Νηλεὺς Κρηθέως (non Neptuni: quae controuerſia optime componi poteſt e *Schol. Homer.* Odyſſ. μ, 70. Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως, ἔχουσα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, Νηλέα τε καὶ Πελίαν, ἔγημε Κρηθέα, cf. ad *Hellanic.* p. 52.) βασιλεύων Πύλου γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ὀρχομενοῦ Ἄωριν Ἀμφίονος τοῦ Ἰλαείου, *Hartungus* recte Χλῶριν innuebat

nuebat legendum esse. Sed idem debebat quoque Ἰλαείου in Ἰάσου mutare. v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 151. vbi etiam in nostro loco pro τῆς Μέου legi iubet τῆς Μινύου, vt intelligatur Orchomeni in Boeotia rex. Quae viri magni emendatio haud dubie vera est. Quod si recte Scholiastes Pherecydem inspexit et diligenter exscripsit, non satis vera h. l. tradidisse putandus est Pherecydes. Neleus enim Pyliorum tantum rex fuit, non item Orchomeniorum. vid. *Heyn.* l. l. p. 589.

Pherecydis locum priorem inprimis secutus videtur *Apollodorus* 1, 9, 12. Filiam Nelei Πηρὼ memorant quoque *Paus.* 10, 31. p. 876. *Eustath.* ad Odyss. ο, p. 1779, 52. sqq. *Schol. Theocrit.* 3, 43. aliique, sed non item *Schol. Apollon.* 1, 156. vbi Nelei vxores et filii recensentur.

Phylace erat Thessaliae oppidum, ad montem Othryn in Phthiotide. v. *Strab.* 9, p. 433. B. *Schol. Theocr.* 3, 45. Tyro erat Nelei mater, filia Salmonei ex Alcidice. v. *Homer.* Odyss. λ, 234. sqq. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 175. Haec teste *Eustathio* p. 1685, 5. post patris mortem educata erat apud Deionem, vel, vt *Tzetzes* narrat, apud Cretheum, vtrumque Salmonei fratrem. (cf. *Apollod.* 1, 7, 3.) Sed mortuo Deione nepos eius et successor in Phylaces regno, Iphiclus s. Iphicles, quaedam bonorum, quae Tyro in eius aedibus possederat, in his egregias boues, mala fraude sibi vindicauit. Neleus igitur matris amore ductus fecit id, quod hic narratur. *Pausaniae* aetate in vrbe Pylo monstrabatur adhuc spelunca, in qua et Nestoris et nostri Nelei boues, quas Thessalicas putat, dicuntur stabulatae esse. v. *Paus.* 4, 36. p. 371. sq.

In

In genitiuo Ταλαοῦ intelligi debet nomen πατήρ. cf. *Apollod.* 1, 9, 13. etc. Nam pater Biantis fuit Amythaon, filius Crethei atque Tyrus. Melampus, vates ſatis nobilis, (v. *Herodot.* 2, 49.) cui Megarenſes in oppido Aegiſthenis templum exſtruxerunt et ſacra fecerunt, auctore *Pauſania* 1, 44. p. 107. dicitur inprimis beſtiarum ſermones intellexiſſe, οἷα ὑπὸ δρακόντων καθαρθεὶς τὰ ὦτα, quae ſunt verba *Euſtathii* p. 1685, 24. cf. *Schol. Apollon.* 1, 118. Talia fingebant olim ad augendam artis vaticinandi peritiam. Per τὴν ὀφρὺν videtur tumulus quidam ſiue collis intelligi, in quo fortaſſis paſcebantur boues. Pro ἐφυλάσσετο, quod etiam *Euſtathius* p. 1685, 20. exhibet, vulgo male legitur ἐφυλάσσατο. Pro περήει legendum eſt περιήει. Verba λαμβανομένους (Nam ita haud dubie reponi debet pro λαμβανόμενος), τὴν μὲν γυναῖκα --- κεφαλῆς, quomodo capienda ſint, docet *Euſtath.* p. 1685, 26. δραξαμένους τὴν μὲν γυναῖκα, τῶν κάτω τῆς κλίνης· τὸν δὲ ἄνδρα, τῶν πρὸς τῇ κεφαλῇ. Phylaeus erat Deionis filius, pater Iphicli. Hic Iphiclus diſtinguendus eſt ab illo, qui Theſtii filius et Argonauta fuit. v. *Apollod.* 1, 9, 16. Noſtrum enim negauit Pherecydes in argonautarum numero fuiſſe.

Schol. Apollon. 1, 45. et ex eo *Phauorin.* in v. Ἴφικλος. ἐπισημαίνεσθαι δ' ἄξιον, ὡς οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Φερεκύδης φησὶ συμπεπλευκέναι τοῖς Ἀργοναύταις Ἴφικλον.

In verbis αἰτίαν τῆς ἀπαιδίας σπορᾶς hoc vltimum σπορᾶς videtur abeſſe poſſe. Certe non eſt in *Euſtath.* p. 1685, 32. Sed poteſt etiam σποραὶ de ipſis filiis intelligi, vt ἀπαιδία σποραῖς eodem modo dictum ſit, quo ap. *Sophocl.* Electr.

36.

36. ἄσκευος ἀσπίδων, ap. *Eurip.* Electr. 1130. οἶκος ἀγέτων φίλων (pro quo Helen. 531. eſt ἄφιλος φίλων,) Andromach. 714. ἄπαιδας τέκνων. ad quem locum et ad v. 612. vid. *Barneſ.* Pro διώξας ſine vlla dubitatione reſcribendum eſt διῶξαι. ἄχερδος eſt genus ſpinae, conficiendis ſepibus aptum. v. *Euſtath.* ad Odyſſ. ξ, p. 1748, 47. qui tamen p. 1685, 33. explicat per pyrum agreſtem. *Schol. Theocr.* l. l. ſimpliciter δένδρον habet. Pro καὶ περὶ φῦναι αὐτὴν legendum eſt καὶ περιφῦναι αὐτῇ np. μαχαίρᾳ. v. *Euſtath.* l. l. Verba ἀπ' αὐτῆς paullo remotiora ſunt, quam vt commode poſſint ad μάχαιραν referri. Mallem ἀπ' αὐτοῦ, np. ἰοῦ. cf. *Schol. Theocr.* et *Euſtath.* ll. ll. Pro γεννῆσαι δὲ αὐτῷ melius videtur γεννήσειν δὲ αὐτόν. *Podarces* hic non confundendus eſt cum alio Podarce, qui poſtea ſub Priami nomine ſatis nobilitatus eſt, filio Laomedontis. v. *Apollod.* 2, 6, 4. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 335. 337. Pro ἃς λαμβάνει αὐτὴν, in quibus manifeſta lacuna eſt, ex *Euſtath.* p. 1685, 44. haec ſaltem poſſent reponi: ἃς λαμβ. καὶ ἀγαγὼν εἰς Πύλον, δίδωσιν εἰς ἔδνον τῷ Νηλεῖ, καὶ τὴν Ἠρῷ λαμβάνει αὐτὴν τῷ ---. Ἄρητος ap. *Apollon. Rhod.* 1, 118. eſt Ἀρηΐος, vbi etiam alius Biantis filius, Talaus, commemoratur. Et haud dubie Ἄρητος eſt vitioſa ſcriptura. v. *Burmann.* catalog. Argonaut. in v. Areius. Ἀλφεσίβοια extat quoque ap. *Theocrit.* 3, 45. Sed ap. *Euſtath.* male editur Ἀλκεσίβοια.

De Nelei et Neſtoris poſteris Pherecydem multa, quae nunc neſcimus, narraſſe puto. Neſtor filium habuit Antilochum, Antilochus Paeonem. Neleus praeter Neſtorem genuit Periclymenum, Periclymenus Penthilum, non confunden-

dum illum cum eo, de quo ad Hellanicum dixi p. 46. Penthilus Borum, Borus Andropompum, Andropompus Melanthum. Melanthus cum Paeonis posteris, cum Alcmaeone aliisque Nestoris nepotibus ab Heraclidis e Messenia pulsi Athenas se receperunt, et nomen praebuerunt duabus nobilibus gentibus, Paeonidarum et Alcmaeonidarum. Melanthus Thymoeten, filium Oxyntae, vltimum e Thesei posteris Athenienſium regem, expulit et regnum inuasit. v. *Paus.* 2, 18. p. 151. sq. Huius Melanthi filius erat nobilissimus ille Codrus (v. *Paus.* 1, 19. p. 45.), de cuius morte omnia nota sunt. cf. supra §. 12. Codrus praeter Medontem, Nileum et alios, filium habuit Androclum. De hoc nobis aliquam Pherecydis narrationem seruauit *Strabo* 14, p. 632. C.

ταύτης (τῆς Ἰωνικῆς παραλίας) φησὶ Φερεκύδης Μίλητον μὲν, καὶ Μυοῦντα, καὶ τὰ περὶ Μυκάλην καὶ Ἔφεσον, Κᾶρας ἔχειν πρότερον· τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου, ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε, Λέλεγας· ἐκβληθῆναι δ' ἀμφοτέρους ὑπὸ τῶν Ἰώνων, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Καρίας ἐκπεσεῖν. Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν· γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην.

Scilicet Androclus non solus, sed cum fratribus Nileo, Cyareto aliisque, cum parte Thebanorum, Orchomeniorum, Phocensium et Abantum, colonias Ionum deduxit in Asiam, vbi varias regiones occuparunt: Nileus Miletum, olim Anactoriam dictam, Androclus Ephesum atque Samum, Cyaretus Myunta. Fuit haec tertia Graecorum colonia,

nia, quam quidem deducebant duces barbari proprie, non Iones. Codri enim filii, vt vidimus, matribus tantum Athenienſibus nati paternum genus a Meſſeniis ducebant. v. *Pauſ.* 7, 2. ſq. cf. *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Dian. 226. ſq. Pro Ἀγκαῖος vulgo male legitur ἀναγκαῖος. Ancaeus enim, diſtinguendus ab eo, de quo fragm. XXVII. dicetur, teſte *Aſio* ap. *Pauſ.* 7, 4. et *Schol. Apollon.* 2, 868. erat filius Neptuni ex Aſtypalaea, et imperabat illis populis, qui Leleges dicebantur. Leleges autem et Cares omnem illam regionem tenuiſſe, quae poſtea Ionia dicebatur, teſtantur etiam *Strabo* 7, p. 321. D. et *Herodot.* 1, 142. Ceterum ex iis, quae dicta ſunt, intelligitur, quam errauerit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. 8, 5. vbi Neleum, Codri filium, haud dubie ideo a *Strabone* 14, init. dicit Pylium genere appellari, quia eodem Nelei nomine Neſtoris quoque pater vſus ſit.

Alia, quae huc pertinet, Pherecydis narratio extat ap. *Schol. Hom.* Odyſſ. ο, 225. Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος παῖς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα διὰ τῆς μαντικῆς τεράστια ἐποίει, οὐχ ἥκιστα δὲ αὐτῷ καὶ οὗτος ἐνδοξότατος ἆθλος ἐγένετο. τῶν γὰρ Προίτου θυγατέρων, τοῦ βασιλέως τῶν Ἀργείων, Λυσίππης καὶ Ἰφιανάσσης, διὰ τὴν ἀκμαιότητος ἀνεπιλογιστίαν ἁμαρτουσῶν εἰς Ἥραν. παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ νεὼν, ἔσκωπτον αὐτὸν (*Barnes.* αὐτὴν), λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον. καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὢν παραγενόμενος ὁ Μελάμπους, ὑπέσχετο πάσας θεραπεύειν, εἰ λάβοι καταξιον τῆς θεραπείας μισθόν. ἤδη γὰρ ἡ νόσος δεκαετὴς, καὶ ἐδύνην φέρουσα οὐ μόνον αὐταῖς ταῖς κόραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν. ἐπαγγειλαμένου δὲ τοῦ Προίτου τῷ Μελάμποδι καὶ μέρος τῆς βα-

σιλείας, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων ἣν ἂν θέλοι εἰς γάμον δώσειν, ἰάσατο τὴν νόσον ὁ Μελάμπους, διά τε ἱκεσιῶν καὶ θυσιῶν τὴν Ἥραν μειλιξάμενος, καὶ λαμβάνει πρὸς γάμον Ἰφιάνασσαν, ἕδνον αὐτὴν τῶν ἰατρειῶν καρπωσάμενος. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Proetus fuit filius Abantis et Ocaliae (v. *Apollod.* 2, 2, 1. cum notis *Heynii* p. 276.), et cum fratre Acrisio ita partitus est regnum paternum, vt ipse Heraeum, Midean, Tiryntha, et oram Argiuae regionis maritimam teneret, Acrisius vero maneret Argis. v. *Paus.* 2, 16. p. 145. Alius Proetus fuit filius Thersandri, pater Maerae, de quo vid. fragm. LXXII. Nostri Proeti filiae ap. *Apollod.* §. 2. vocantur Λυσίππη, Ἰφινόη, Ἰφιάνασσα. Causſam insaniae varie tradunt veteres. Cum Pherecyde tamen magis quam ceteri consentit *Acusilaus* apud *Apollodorum*: διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν. In sequentibus verbis dura quaedam anacoluthia est: ἁμαρτουσῶν --- παραγενόμεναι --- καὶ διὰ τοῦτο μάντις ὤν. Non tamen aliquid excidisse putauerim. De loco, vbi Melampus sanauerit Proetidas, nihil habet Noster, et videtur putasse, id in ditione Proeti factum esse. Sed *Apollodorus* dicit, Sicyonem eas a Melampode de montibus compulsas fuisse, priusquam vero illuc omnes peruenissent, natu maximam Iphinoen mortuam esse. Quae fama, cum Iphinoe non memoretur a Pherecyde, ignota fuisse ei videtur. *Pausanias* 8, 18. extr. τὰς θυγατέρας, inquit, τοῦ Προίτου κατήγαγεν ὁ Μελάμπους ἐς τοὺς Λουσούς (oppidum olim in finibus Clitoriorum in Arcadia), καὶ ἠκέσατο τῆς μανίας ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. καὶ ἀπ' ἐκείνου τὴν Ἄρτεμιν ταύτην, Ἡμερησίαν καλοῦσιν

οἱ

οἱ Κλειτόριοι. Alias Ἡμέρας nomen hinc accepiſſe legitur Diana. v. *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Dian. 236. Antea vero, vt idem in praecedentibus dicit, confugerant Proetides in ſpeluncam montium, qui Aroanii dicebantur, ſupra Nonacrin. Haec omnia, quod iam dixi, videntur eſſe ſerioris aetatis figmenta. De aliis narrationum apud veteres differentiis vid. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 279-83.

E LIBRO VIII.

XXVII.

Schol. Apollon. 1, 188. et *Phauorin.* in v. Ἀγκαῖος· Φερεκύδης ἐν τῇ ὀγδόῃ φησὶ, τὸν Ἀγκαῖον ὑπὸ τοῦ Καλυδωνίου συὸς πληγέντα τὸν μηρὸν ἀποθανεῖν.

Hunc Ancaeum, qui Lycurgi Arcadis filius atque adeo nepos Alei vocatur (v. *Apollod.* 1, 8, 2. 3, 9, 1. ſq.), Ἀρκὰς τὸ γένος ap. *Schol. Apollon.* 2, 118. ab apro Calydonio occiſum fuiſſe, tradit etiam *Apollodorus* 1, 8, 2. it. *Pauſ.* 8, 4. extr. vbi quoque in Argonautarum numero ponitur. Sed paullo alia habet idem *Pauſ.* 8, 45. p. 693. τὸν ἐν Καλυδῶνι ὗν Ἀγκαῖος ὑπέμεινεν ὁ Λυκούργου τρωθεὶς, καὶ Ἀταλάντῃ τοξεύει τὸν ὗν, καὶ ἔτυχε πρώτη τοῦ θηρίου. τούτων εἵνεκα αὐτῇ κεφαλή τε τοῦ ὑὸς καὶ τὸ δέρμα ἀριστεῖα ἐδόθη.

E LIBRO VIIII.

XXVIII.

Schol. Apollon. 1, 102. et *Phauorin.* in v. Ταίναρος· Φερεκύδης ἐν τῇ θ' φησὶν, ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκάρου γαμεῖ Ἐριμήδαν τὴν Δαμασίκλου. τούτου δὲ γίνεται Ταίναρος, ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις καὶ ἡ ἄκρα καὶ ὁ λιμήν.

Taenari in Spartae vicinia monumentum commemorat *Pauſ.* 3, 14. p. 240. Sed de Elato hoc, diuerſo ab Elato Arcade, de Icaro, non confundendo cum Daedali filio, de Erimeda et Damaſiclo nihil apud alios veterum inueni. De promontorio ipſo cf. *Barneſ.* ad *Eurip.* Cyclop. 291.

E LIBRO X.

XXVIIII.

Schol. Homer. ad Odyſſ. λ, 263. Amphion et Zethus Thebas muris cinxerunt διὰ τοὺς Φλέγυας. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτῶν Εὐρύμαχος ἤρμοσε τὰς Θήβας, ὡς φησι Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ.

Pro ἤρμοσε legendum eſt ἠρήμωσε. v. *Euſtath.* ad *Homer.* Odyſſ. λ, p. 1682, 55.

Schol. Apollon. 1, 735. et ex eo *Phauorin*: Ἀμφίων καὶ Ζῆθος τὰς Θήβας ἐτείχισαν. --- Φερεκύδης δὲ καὶ τὴν αἰτίαν παραδίδωσι τῆς οἰκοδομῆς· διότι Φλεγύας πολεμίους ὄντας εὐλαβοῦντο, βασιλεύοντι Κάδμῳ.

Haec

Haec vltima verba: *βασιλ. Κάδμῳ*, ab interpolatore profecta eſſe docte arbitratur *Heyn.* ad *Apollod.* p. 583. Genus Amphionis et Zethi deſcripſerat et rem vberius tradiderat idem Pherecydes, cuius narrationis reliquiae ſunt ap. *Schol. Homer.* Il. ν, 302.

Φλέγυες, (Villoiſ. Φλέγυιαι) Γόρτυναν κατοικοῦντες, παρανομώτατον καὶ ληστρικὸν διῆγον βίον, καὶ κατατρέχοντες τοὺς περιοίκους χαλεπῶς ἠδίκουν. Θηβαῖοι δὲ, πλησιόχωροι ὄντες, ἐδεδοίκεισαν (Villoiſ. ἐδεδοίκεσαν) καὶ μέχρι πολλοῦ, εἰ μὴ Ἀμφίων καὶ Ζῆθος, οἱ Διὸς καὶ Ἀντιόπης, ἐτείχισαν τὰς Θήβας. Εἶχε γὰρ Ἀμφίων λύραν, παρὰ Μουσῶν αὐτῷ δεδομένην, δι' ἧς κατέθελγε καὶ τοὺς λίθους, ὥστε καὶ πρὸς τὴν τειχοδομίαν αὐτομάτως (Villoiſ. αὐτομάτους) ἐπέρχεσθαι. Τούτων μὲν οὖν ζώντων, οὐδὲν οἱ Φλέγυες (Villoiſ. Φλέγυιαι) τοὺς Θηβαίους ἠδύναντο διαθεῖναι κακόν. (Villoiſ. omiſit κακόν.) Θανόντων δὲ αὐτῶν, ἐπελθόντες σὺν Εὐρυμάχῳ τῷ βασιλεῖ, τὰς Θήβας εἷλον. Πλείονα δὲ τολμῶντες ἀδικήματα κατὰ Διὸς προαιρέσιν, ὑπὸ Ἀπόλλωνος διεφθάρησαν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης. (Villoiſ. plenius: διεφθ. οὗτοι δὲ ἐνέπρησαν καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.)

Eſt igitur hic Thebanus Amphion diuerſus ab illo Iaſi filio, patre Chloridis, de quo vid. ad fr. XXVI. Phlegyarum gens nomen habet a Phlegya, Orchomeni in Boeotia rege, Martis et Chryſes filio, qui etiam vrbem aedificauit et ſuo appellauit nomine, in quam bellicoſiſſimos Graecorum collegit. Valde illa inclaruit rei bellicae ſtudio ac peritia (v. *Homer.* Il. ν, 301.), et inprimis infamis

fuit ob latrocinia et vicinarum gentium depraedationes. Tandem etiam ipſum Apollinis Delphici templum diripere conati ſunt. v. *Pauſan.* 9, 36. p. 782. 10, 7. *Ouid.* metamm. 11, 413. ſq. et de bello eorum cum Phocenſibus cf. *Pauſ.* 10, 34. p. 885. qui idem 9, 9. eos incoluiſſe ait Minyadem regionem. Sed quomodo dici poſſint Γόρτυναν κατοικοῦντες, non ſatis intelligo. Gortyna enim erat vel Cretae vel Arcadiae oppidum. Fortaſſis tamen accipere debemus de illo oppido Macedoniae, quod et Gortynia et Gordynia dicebatur. At ita non erant Thebanis πλησιόχωροι. Scilicet hic videtur eſſe loci ſenſus: Phlegyes qui olim Gortynam incoluerant, nunc vero in Phocidem migrarant --- cf. *Pauſan.* 10, 4. niſi quis Γόρτυναν malit in Γυρτῶνα mutare, quod erat Perrhaebicum oppidum. Certe *Strabo* 9, p. 442. B. olim dicit Phlegyas vocatos eſſe, qui poſtea Γυρτώνιοι fuerunt. Amphionis ac Zethi mater, *Antiope*, ab *Homero* quidem Odyſſ. λ, 260. dicitur Aſopi filia, ab aliis vero, vt ab ipſo Pherecyde, quem ſequitur *Tzetzes* ad *Lycophr.* 436. Nyctei. v. *Euſtath.* ad illum locum p. 1682, 43. Hos Antiopes filios non niſi lyrae cantu moenia exſtruxiſſe, vetus quidem fama eſt, ſed recentior tamen Homero. quod iam *Pauſanias* obſeruauit 9, 5. p. 720. Ἀμφίων καὶ Ζῆθος --- Λύκου (qui fuit rex Thebanorum) τῇ μάχῃ κρατοῦσιν. ὡς δὲ ἐβασίλευσαν, τὴν πόλιν τὴν κάτω προσώκισαν τῇ Καδμείᾳ, καὶ Θήβας ὄνομα ἔθεντο κατὰ συγγένειαν τῆς Θήβης (quae Nympha ipſa quoque fuit Aſopi filia, v. *Pauſ.* 2, 5. p. 122.). Tum affert locum Homeri Odyſſ. λ, 263-65. et ita pergit: ὅτι δὲ Ἀμφίων ἦδε καὶ τεῖχος ἐξεργάζετο πρὸς τὴν λύραν, οὐδένα ἐποιήσατο (Homerus) λόγον ἐν τοῖς ἔπεσι. cf. *Euſtath.* l. l. Pherecydes vero auctor

auctor fuit, Amphioni lyram illam a Muſis eſſe donatam.

Schol. Apollon. 1, 741. et ex eo *Phauorin.*: λύραν Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ ἱστορίας (*Phau.* ἱστοριῶν) δοθῆναι Ἀμφίονι φησὶ ὑπὸ Μουσῶν.

Habuerunt autem Amphion et Zethus Locrum aedificationis ſocium. v. fragm. LXXII. *Eurymachus* fuit rex Phlegyarum. v. *Euſtath.* l. l. Amphioni et Zetho commune monumentum, idque ſimplex (γῆς χώματι οὐ μέγα), poſitum fuiſſe, narrat *Pauſan.* 9, 17. p. 744. vbi etiam de Tithorenſium circa illud ſuperſtitione agit. cf. *Schol. Eurip.* Phoenn. 147. De mortis genere, quo Amphion obierit, controuerſia eſt. v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 595. Zethus, teſte *Pauſania* 9, 5. p. 721. prae triſtitia mortuus eſt, cum filium ex ſe genitum mater ipſa interfeciſſet. Eadem videtur Pherecydis fuiſſe narratio, quod colligi poteſt e *Schol.* Homer. Odyſſ. τ, 523.

τῇ Νυκτέως Ζεὺς μίγνυται. ἐξ ἧς Ζῆθος γίγνεται καὶ Ἀμφίων. οὗτοι τὰς Θήβας οἰκοῦσι πρῶτοι, καὶ καλοῦνται Διὸς κοῦροι Λευκόπολοι. γαμεῖ δὲ Ζῆθος μὲν Ἀηδόνα τὴν τοῦ Πανδαρέου. τῶν δὲ γίνεται Ἴτυλος καὶ Νηΐς. Ἴτυλον δὲ ἡ μήτηρ Ἀηδὼν ἀποκτείνει διὰ νυκτὸς, δοκοῦσα εἶναι τὸν Ἀμφίονος παῖδα, ζηλοῦσα τὴν τοῦ προειρημένου γυναῖκα, ὅτ' αὐτῇ μὲν ἦσαν ἓξ παῖδες, αὐτῇ δὲ δύο. ἐφορμᾷ δὲ ταύτῃ ὁ Ζεὺς ποινήν. ἡ δὲ εὔχεται ὄρνις γενέσθαι, καὶ ποιεῖ αὐτὴν ὁ Ζεὺς ἀηδόνα. θρηνεῖ δὲ ἀεί ποτε τὸν Ἴτυλον, ὥς φησι Φερεκύδης.

Pertinent ad hanc hiſtoriam verba veteris, vt videtur, poetae ap. *Schol. Theocr.* 3, 7. παῖδ' ὀλοφυρο-

φυρομένην Ἴτυλον. et locus *Schol. Eurip.* Phoenn. IIII.

Νηίτας πύλας] ἢ ἀπὸ Νηίδος τῆς Ἀμφίονος καὶ Νιόβης. ἢ ἐπεὶ νεάται εἰσίν. ὁ δὲ Φερεκύδης ἀπὸ Νηίδος τῆς Ζήθου θυγατρός.

Iam *Pauſaniam* audiamus 9, 8. p. 727. τὰς Νήϊτας ὀνομασθῆναί φασιν ἐπὶ τῷδε. ἐν ταῖς χορδαῖς νήτην καλοῦσιν ἐξ αὐτῶν. ταύτην οὖν τὴν χορδὴν Ἀμφίονα ἐπὶ ταῖς πύλαις ταύταις ἀνευρεῖν λέγουσιν. ἤδη δὲ ἤκουσα, καὶ ὡς Ζήθου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀμφίονος τῷ παιδὶ ὄνομα Νῆϊς γένοιτο· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Νήϊδος τὰς πύλας κληθῆναι ταύτας. Videtur igitur temporis longinquitate filia in filium mutata fuiſſe. Antiqua monumenta et alia memoratu digna, quae in vicinia huius portae reperiebantur, deſcribit idem c. 25.

Epigramma aliquod in Zethi monumento poſitum habet *Brunck.* in analect. T. I. p. 183. n. III. De interitu Phlegyarum haec leguntur ap. *Pauſan.* 9, 36. p. 783. τὸ Φλεγυῶν γένος ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων ὁ θεὸς κεραυνοῖς συνεχέσι, καὶ ἰσχυροῖς σεισμοῖς· τοὺς δὲ ὑπολειπομένους νόσος ἐπιπεσοῦσα ἔφθειρε λοιμώδης· ὀλίγοι δὲ καὶ ἐς τὴν Φωκίδα διαφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν.

Amphionis vxor, cui Antiope fecunditatem inuidit, fuit Niobe, Tantali filia, vt notum eſt. Quotnam liberos habuerit, magnus veterum diſſenſus eſt. Pherecydes quidem duodecim attulit.

Schol. Eurip. Phoenn. 162. Φερεκύδης φησὶν, αὐτὴν ἔχειν παῖδας ς'. Ἀλαλκομενέα, Φηρέα, Εὔδωρον, Λύσιππον, Ξάνθον, Ἀργεῖον. θυγατέρας δὲ

δὲ ς'. Χιόνην, Κλυτίαν, Μελίαν, Ὥρην, Λαμίπ-πην, Πελοπίαν.

Apollodorus 3, 5, 6. recenſet ſeptem Niobae filios, totidemque filias. Eundem liberorum numerum ei tribuunt *Antipater Sidonius* in *Brunckii* analectis T. II. p. 17. n. XLII. et *Leonidas Alexandrinus* ibid. p. 193. n. XVI. Sed *Theodorides* ibid. p. 42. n. VII. δυωδεκάπαιδα λοχείην, *Hellanicus* fragm. XXII. quatuor filios et tres filias. Ceteros nunc non curo. Epitaphium Niobae, quod a *Schol. Sophocl.* Electr. 152. aliisque laudatur, vulgo dicunt ab *Agathia* profectum eſſe. Sed *Brunckius*, qui illud in analecta ſua transtulit, T. III. p. 281. n. DCXIII. antiquius putat.

XXX.

Schol. Apollon. 4, 1396. Φερεκύδης ἐν δεκάτῳ, τῆς Ἥρας γαμουμένης φησὶ τὴν γῆν ἀναδοῦναι ἐν τῷ Ὠκεανῷ μῆλα χρυσᾶ, ἢ μηλέας χρυσοῦν καρπὸν φερούσας· φυλάττειν δὲ αὐτὰ Δράκοντα τὸν Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, ἔχοντα κεφαλὰς ἑκατὸν καὶ φωνὰς παντοίας, καὶ ὅτι αἱ Νύμφαι αἱ Διὸς καὶ Θέμιδος, οἰκοῦσαι ἐν σπηλαίῳ περὶ τὸν Ἠριδανὸν, ὑπέθεντο Ἡρακλεῖ ἀποροῦντι, μαθεῖν παρὰ Νηρέως ποῦ ἂν εἴη τὰ χρύσεα μῆλα. λαβεῖν δὲ αὐτὸν βίᾳ, πρῶτον μὲν μεταμορφούμενον εἰς ὕδωρ καὶ πῦρ· εἶτα ἐς τὴν παλαιὰν ὄψιν καταστάντα, δηλῶσαι τὸν τόπον. ὁ δὲ ἔρχεται οὕτως ἐπὶ τὰ χρυσᾶ μῆλα. ἀφικόμενος δὲ εἰς Ταρτησσὸν, πορεύεται εἰς Λιβύην, ἔνθα ἀναιρεῖ Ἀνταῖον τὸν Ποσειδῶνος, ὑβριστὴν ὄντα. εἶτα ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Νεῖλον εἰς Μέμφιν, παρὰ Βούσιριν τὸν Ποσειδῶνος· ὃν κτείνει, καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰφιδάμαντα, καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην, καὶ τοὺς

τοὺς ὀπάονας, πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς, ἔνθα ἐξενοκτόνουν. ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας, καὶ διὰ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν ἔξω Λιβύην, ἧς ἐν τοῖς ἐρήμοις πολλὰ τῶν θηρίων τοξεύων ἀναιρεῖ, καθήρας δὲ τὴν Λιβύην, κατέβη ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ἔξω κειμένην. καὶ λαβὼν χρυσοῦν δέπας παρὰ Ἡλίου, διαβαίνει ἐν αὐτῷ εἰς Πέργην, διά τε τῆς ἔξω τῆς γῆς θαλάσσης, καὶ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ πλέων. ἐπελθὼν δὲ παρὰ Προμηθέα, καὶ ὀφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, οἰκτείρει αὐτὸν ἱκετευοντα· καὶ κτείνει τὸν ἀετὸν, ὃς αὐτοῦ τὸ ἧπαρ ἤσθιε, τοξεύσας προσπετώμενον. ἀντὶ δὲ τούτου Προμηθεὺς μὴ ἀπιέναι ἐπὶ τὰ μῆλα ὑποτίθεται, ἐλθόντα δὲ πρὸς Ἄτλαντα, κελεύειν ἐνέγκαι αὐτῷ· καὶ ἀντὶ τοῦ Ἄτλαντος αὐτὸν ἀνέχειν τὸν οὐρανὸν, ἕως ἂν ἐνέγκῃ τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων. Ἡρακλῆς δὲ ἀκούσας ἔρχεται πρὸς Ἄτλαντα, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐνεγκεῖν τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων, τρία λαβόντα· διηγησάμενος τὸν ἆθλον. δοὺς δὲ Ἄτλας ἐπὶ τῶν ὤμων Ἡρακλεῖ τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐλθὼν πρὸς τὰς Ἑσπερίδας, δεξάμενος παρ' αὐτῶν τὰ μῆλα, ἐλθών τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα, τὰ μὲν μῆλα αὐτός φησιν ἀποίσειν Εὐρυσθεῖ, τὸν δ' οὐρανὸν ἐκέλευσεν ἐκεῖνον ἔχειν ἀντ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑποσχόμενος, δόλῳ ἀντεπέθηκεν αὐτὸν τῷ Ἄτλαντι. ἦν γὰρ εἰπὼν αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς ὑποθέμενος, κελεύειν δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ πήραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται. ὁ δὲ, καταθεὶς τὰ μῆλα εἰς τὴν γῆν, ὑποδέχεται τὸν οὐρανόν. Ἡρακλῆς δὲ λαβὼν τὰ μῆλα, χαίρειν εἰπὼν τῷ Ἄτλαντι, ἀπέρχεται εἰς Μυκήνας παρ' Εὐρυσθέα, καὶ δεικνύει αὐτῷ ταῦτα.

Hygin. poet. aſtron. 2, 3. p. 361. ed. *Muncker.* *Ait Pherecydes, Iunonem cum duceret Iupiter uxorem, Terram inueniſſe* (leg. *veniſſe*) *ferentem*

tem aurea mala cum ramis. Quae Iunonem admiratam, petiiſſe a Terra vt in ſuis hortis ſereret, qui erant vsque ad Atlantem montem.

Eratoſthenes cataſteriſm. 3. Φερεκύδης φησὶν, ὅτε ἐγαμεῖτο ἡ Ἥρα ὑπὸ Διὸς, φερόντων αὐτῇ τῶν θεῶν δῶρα, τὴν Γῆν ἐλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσεα μῆλα· ἰδοῦσαν δὲ τὴν Ἥραν θαυμάσαι, καὶ εἰπεῖν καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν θεῶν κῆπον, ὃς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι. ὑπὸ δὲ τῶν ἐκείνου παρθένων ἀεὶ ὑφαιρουμένων τῶν μήλων, κατέστησε φύλακα τὸν ὄφιν, ὑπερμεγέθη ὄντα.

Cum his locis omnino conferendus eſt *Apollod.* 2, 5, 11. ἐν τῷ Ὠκεανῷ ſignificat *in inſula quadam Oceani occidentalis.* Nam alias, vt etiam mox in noſtro loco, haec mala tribuuntur inſulis *Heſperidum.* de quarum parentibus quam diuerſae ſint veterum traditiones, docuit *Heyn.* ad *Apollod.* p. 413. vbi etiam egit de loco *Schol. Eurip.* Hippol. 742.

Φερεκύδης Διὸς καὶ Θέμιδος φησὶν αὐτάς.

in quo Heſperidas cum Nymphis ad Eridanum confuſas eſſe, recte ſtatuit. Erant enim Heſperi filiae, qui Atlantis vel filius vel frater erat (v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 879.), atque adeo Coeli vel Iapeti neptides. v. *Diodor. Sic.* 3, 60. 4, 27. Earum inſulae et horti ab *Apollodoro* in Hyperboreis collocantur. quae videtur antiquiſſima fuiſſe traditio, nec iis quae Pherecydes narraſſe dicitur repugnat. Iobas enim, Mauritaniae rex, ap. *Athenae.* 3, p. 83. ponit eos in Libya: quam ſententiam ſecuti ſunt multi. Pherecydes autem in ſequentibus diſerte hoc negat. Dum enim Herculem non

ad

ad Heſperidas, ſed ad Atlantem veniſſe narrat, ſatis patet ab eo intellecta fuiſſe loca extra Libyam ſita. In eodem *Athenaei* loco multa disputantur de his aureis malis, vnde tandem efficitur, eſſe per ea citria intelligenda. cf. *Victor.* V. L. 32, 5. *Hyginus* Pherecydem non, vt *Scholiaſtes Apollonii*, μῆλα χρυσᾶ ſeiunxiſſe ait a μηλέαις χρυσοῦν καρπὸν φερούσαις, ſed aurea mala cum ramis mali arboris coniuncta dixiſſe. De dracone illorum hortorum cuſtode narrationem Pherecydis aliquam ſeruauit etiam *Scholiaſtes Germanici Caeſaris* ad v. 49. p. 90. ed. Sanctandr. 1589. 8.

Hunc *Pherecydes dicit inter aſtra collocatum beneficio Iunonis, eo quod cum nuberet Ioui Iuno, diis offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis: quae Iuno in hortum ſuum, qui erat apud Atlantem, inferri iuſſit, et Heſperides Atlantis filias cuſtodes poſuit, quae cum a filiabus Atlantis ſubtraherentur et ſaepe vexarentur, Iuno cuſtodem horti Draconem peruigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, et illa aſtris intulit.*

Semel hic adſcribere et ad rem noſtram applicare liceat verba *Achillis Tatii* introd. in Arat. c. 39. p. 163. ſq. χρὴ εἰδέναι, ὅτι οὔτε Κηφεὺς, οὔτε Κασσιέπεια, οὔτε Ἀνδρομέδα (neque adeo Draco) ἐστὶν ἐν οὐρανῷ. γελοῖον γὰρ ὑπονοεῖν πρὸ τούτων ἀναταστέριστον τὸν οὐρανόν. ἀεὶ γὰρ ἦσαν ἀστέρες, καὶ πρὸ Περσέως καὶ Ὠρίωνος. διὸ καὶ ἐν διαφόροις ἔθνεσι διάφορα καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἄστρων ἐστὶν εὑρεῖν. --- Ἕλληνες δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα ἔθεντο τοῖς ἄστροις ἀπὸ ἐπισήμων ἡρώων, πρὸς τὸ εὐκαταλήπτα εἶναι καὶ εὔγνωστα. ἀνώνυμα γὰρ ὄντα πολλὴν παρεῖχε ταραχὴν τοῖς περὶ ταῦτα σπουδάζουσι. cf. fragm. LVIIII.

Erida-

Eridanum, fluuium Italiae nobiliſſimum, in quem delapſus dicitur Phaëthon, nemo neſcit a Latinis Padum appellari. Unde corruptum eſſe apparet locum eiusdem *Schol. Germanici* ad v. 364. p. 133.

Ab Arato et Pherecyde Eridanus Padus eſſe putatur: et ideo inter aſtra collocatus, quod a meridianis partibus dirigere cernitur.

Nereus, deus marinus, vocatur ab *Apollod.* 1, 2, 6. Ponti ac Terrae filius, de quo legi poſſunt *Anaxandridis* verſus ap. *Athenae.* 7, p. 295. E.

Tarteſſus, teſte *Strabone* 3, p. 148. C. fuit inter oſtia fluminis Baetis, vbi in mare exit, haud procul a Gadibus. Hinc in Libyam, i. e. Africam, Hercules traiecit, et cum Antaeo luctatus eſt, quem ὑβριστὴν vocat noſter, quia, vt dicit *Apollod.* 2, 5, 11. τοὺς ξένους ἀναγκάζων παλαίειν ἀνήρει. Luctae huius a multis dicitur Pherecydes meminiſſe:

Schol. Pindar. Pyth. 9, 185. ἔνιοι φασὶν, ὅτι ὁ ἀπὸ Ἡρακλέους καταγωνισθεὶς Ἀνταῖος, Ἰρασσεὺς ἦν, ἀπὸ Ἰρασσῶν τῶν ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, ὥς φησι Φερεκύδης.

Iraſſa ſ. Iraſa, vt ſcribunt *Herodotus* 4, 158. et *Steph. Byz.* fuit regia Antaei, in Cyrenaica. E palude Tritonide, quae in Africa erat, in mare Libycum effluebat torrens quidam Triton. v. *Pauſ.* 9, 33. extr. *Herodot.* 4, 178. *Plinius* vero H. N. 5, 1. Lixi, inquit, in Mauritania, regia Antaei, certamenque cum Hercule, et Heſperidum horti.

Etymolog. M. ex *Oro*: Πολέμων ὁ Ἡρακλῆς, διὰ τὸ παλαῖσαι Ἀνταῖον. Φερεκύδης λέγει, ὅτι μετὰ τὸ παλαῖσαι αὐτὸν Ἀνταῖον καὶ ἀποκτεῖναι, συν-

συνῆλθε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἰφινόῃ, καὶ ἐγέννησε Πολέμωνα. *Phauorinus* eadem transſcripſit in lexicon ſuum. In hoc tamen legitur Πολέμονα. Iphinoe iſta videtur diuerſa eſſe a Proeti filia, de qua ad fragm. XXVI. dictum eſt. Fuit vxor Antaei, vt ex hoc loco intelligitur. Sed cum vix dubitari poſſit, quin haec ſint ſeriorum temporum figmenta, quibus magis exornare ſcilicet volebant fabulas antiquas, non mirari debemus, haec aliter tradi a *Tzetza* ad *Lycophr.* 663.

Φερεκύδης φησὶ, μετὰ τὸ καταπαλαῖσαι αὐτὸν τὸν Ἀνταῖον τὸν Λίβυν, τὸν Ποσειδῶνος, ἑξηκοντάπηχυν ὄντα, καὶ κατεάξαι (οὗ καὶ τὰ ὀστᾶ πρὸς Ὀλυμπίαν ἠνέχθη, ὡς μὴ ἀπιστοῖτο) μίγη τῇ τοῦ ῥηθέντος Ἀνταίου γυναικὶ Ἰφινόῃ, καὶ ἐξ αὐτῆς παῖδα γεννᾷ Παλαίμονα.

Hic enim Palaemon, non Polemon, dicitur Herculis filius. Et ſane parum abſum quin Palaemonis nomen apud *Tzetzen* verum putem, cum quia omnes ſe ſua hauſiſſe dicunt e Pherecyde, atque adeo conſpirare debent, tum quia nomen Palaemonis fictum videtur ex ipſa Herculis lucta, ἀπὸ τοῦ παλαίειν. Accedit quod etiam *Apollod.* 2, 7. extr. Palaemonem habet in filiis Herculis. Ille tamen matrem Palaemonis vocat Autonoen, filiam Pirei ſ. Perei. v. *Heyn.* p. 493. in cuius notis Iphinoe per errorem facilem dicitur Antaei filia. Diſtinguendus autem eſt hic Palaemon a Palaemone argonauta, Vulcani vel Aetoli filio, ap. *Apollod.* 1, 9, 16. et ab alio Palaemone, filio Athamantis, qui etiam Melicertes dicebatur, de quo v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 229. Ceterum etſi *Pauſ.* 5, 26. nihil narrat, hoc quoque Herculis cum Antaeo certamen

men ab artificibus aere fuiſſe expreſſum, tamen pictam eius imaginem extitiſſe olim, colligere poſſumus e *Diotimi* epigram. ap. *Brunck.* T. I. p. 251. n. V. Luctam ipſam deſcribit *Pindarus* Iſthm. 4, 87. ſqq. cf. quos laudat *Heyn.* ad *Apollod.* p. 417. Staturam Antaei ſexaginta cubitorum fuiſſe, tradunt etiam *Gabinius* ap. *Strabon.* 17, p. 829. B. et *Plutarch.* in Sertorio T. I. opp. p. 572. D. Sed ex illis ipſis locis apparet inconſtantia veterum hac de re narrationum. Illi enim non, vt *Tzetzes* narrat, Olympiam perlata eſſe eius oſſa dicunt, ſed in Libya humata. Antaeo occiſo Hercules Memphin peruenit ad Buſiridem, de cuius genere et aetate v. *Heyn.* l. l. p. 419. Fabula de eius in hoſpites inhumanitate ac ſaeuitia, quam *Herm. Bordewiſch* peculiari diſſertatione, de immolatis ab Aegyptio Buſiride peregrinis aduenis, Viteb. 1720. tractauit, adeo celebrabatur olim, vt cuilibet ea nota eſſe putaretur. v. *Virgil.* Ge. 3, 5. Sed ex hac ipſa celebritate; tum etiam ex eo quod Buſirides plures inter ſe confunderentur, videtur factum eſſe, vt quidam Graecorum omnino negarent vnquam in regibus Aegyptiacis fuiſſe Buſiridem aliquem, v. c. *Strabo*, vel potius *Eratoſthenes*, quem laudat, 17, p. 802. C. et *Diodorus Siculus* 1, 88. vbi Buſiridis nomine non regem indicari dicit, ſed tumulum Oſiridis, ad quem olim mactati fuerint homines rufi. quales cum raro in Aegypto inuenti fuerint, natam eſſe illam fabulam de Buſiridis ξενοκτονίᾳ.

Nec in *Herodoto*, vbi de regibus Aegyptiorum exponit, reperias regem hunc Buſiridem. Vt tamen res ab *Apollodoro* narratur, Buſiridis temporibus fuiſſe magnam annonae caritatem, quam vt

auerteret, ab oraculo Thraſii ſ. Phraſii vatis, quie Cypro venerat, iuſſum eſſe Buſiridem Ioui quotannis peregrinum aliquem immolare (cf. *Ouid.* art. am. 1, 647- 52.), ex hac, inquam, ratione videtur aliquid veri ſubeſſe. Ita enim non inſanae cuidam ſaeuitiae, ſed religioſae ſuperſtitioni tribuendus hic ritus fuerit, qui nec videtur obſeruatus eſſe, niſi quando ſimilis occaſio magnae famis adeſſet. Scio quidem, locum illum *Herodoti* 2, 45. mihi obiici poſſe, in quo, etſi non nominat Buſiridem, tamen in mente videtur habuiſſe hanc eandem, de qua agimus, hiſtoriam. Reiicit eam ibi tanquam abſurdam, quia Aegyptiis, praeter porcos et boues et vitulos puros et anſeres, ne beſtias quidem fas fuerit immolare. κῶς ἂν, pergit ille, οὗτοι ἀνθρώπους θύοιεν; At vero vel nimium credidit Herodotus Aegyptiis (cf. *Plutarch.* de malign. Herodot. T. II. opp. p. 857. A.), quos valde probabile eſt Herodoti aetate adeo ab illo more abhorruiſſe, vt ipſos etiam maiorum ſuorum ſuperſtitioſae inhumanitatis puderet, vel tota duorum horum hiſtoricorum a tot aliis ſcriptoribus (v. *Iackſon* chronolog. Alterthümer p. 600.) diſſenſio ex eo deriuanda eſt, quod non diſtinxerunt recentiorem Herculem et antiquiorem.

Nititur haec coniectura loco *Iſocratis* in illa oratione, qua Buſiridem defendit ab ἀνθρωποθυσίας crimine. In aliis enim defenſionis argumentis vtitur etiam hoc, (p. 394. ed. *Wolf.* Pariſ. 1621. 8.) quod Buſiris plus quam ducentos annos vixerit ante Herculem Thebanum. Sed ſi antiquiorem Herculem intelligamus, poteſt ille ſane aequalis Buſiridi fuiſſe. v. *Diodor. Sic.* 3, 73. 4, 18. Iam vero quanto ſtudio Graeci omnia facta illuſtria in

vnum

vnum Herculem Thebanum congeſſerint, abunde conſtat. Pertinet huc elegans *Pauſaniae* locus 8, 15. p. 631. ὁμώνυμοι δὲ ἐπιφανέσιν ἄνδρες ἀφανέστεροι καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔτι καὶ τὸν ἅπαντα ἐγίγνοντο ὁμοίως χρόνον. Antiquioris igitur Herculis temporibus hunc peregrinos mactandi morem viguiſſe valde probabile eſt. et ex hac ſententia cadit ſimul, quod fortaſſis poſſit opponi, Amoſin in vrbe Heliopoli conſuetudinem iſtam ſuſtuliſſe. v. *Manetho* ap. *Porphyr.* de abſtinent. ab animalib. 2, 55. p. 223. ed. Lugd. 1620. 8. Amoſis enim vixit ducentos fere poſt Buſiridem annos. Et quamuis ille ante Buſiridem vixiſſet, tamen ita quoque putarem non reiiciendam eſſe illam ſententiam. *Manethon* enim Heliopoli tantum conſuetudinem illam ſublatam dicit, non item Memphi. Praeterea et per ſe credibile et aliunde notum eſt, non tam cito potuiſſe olim etiam optimos reges malum aliquem morem funditus tollere, quin diu ſupereſſent multae et magnae eius reliquiae. Sic ipſe *Diodorus* 1, 37. 67. 69. negare non poteſt, Aegyptios erga omnes peregrinos valde inhumanos et crudeles fuiſſe, ita vt alios ſeruos fecerint, alios interemerint. et *Herodotus* 2, 154. teſtatur, Pſammitichum primum permiſiſſe Ionas et Caras habitare in Aegypto ad os Nili Peluſium. Mitto, quae de Seſoſtride *Dicaearchus* narrat ap. *Schol. Apollon.* 4, 272. Iphidamantis nomen ex *Apollod.* 2, 5, 11. mutandum videtur in Amphidamantis. Ὀπάονας quoque, h. e. famulos (v. *Eurip.* Hecub. 979. etc.), vel miniſtros ſacrorum, vt vocat *Hyginus* fab. 31. illo tempore ab Hercule occiſos fuiſſe, tacet *Apollodorus*, qui omnino hic paullulum abit a *Pherecyde*, vel potius a *Schol. Apollon.* quem non totam, fortaſſis nec ſolam, Pherecydis narrationem excer-

piſſe probabile ſit e *Schol. Heſiod.* theog. 985. p. 310. b.

Ἠμαθίωναι, ἀφ οὗ ἡ Μακεδονία Ἠμαθία. φησὶ δὲ Φερεκύδης, ὑπὸ Ἡρακλέους ἀναιρεθῆναι τὸν Ἠμαθίωνα, ἀλλ' ἀπιόντος ἐπὶ τὰ χρύσεα μῆλα. collato *Apollod.* 2, 5, 11. Vt enim Emathionem ille omiſit, fratrem Memnonis, de quo ad Hellanic. dixi p. 149. ſq. v. *Apollod.* 3, 12, 4. ita contra addere aliunde potuit τοὺς ὀπάονας. E Pherecyde fortaſſis hauſit *Schol. Pindar.* Olymp. 2, 147. Ceterum Macedoniam vel potius nobiliſſimam Macedoniae partem non ab Emathione dictam eſſe Emathiam, ſed ab Emathio, tradit *Iſidorus* origg. 14, 4. cf. *Plin.* H. N. 4, 10.

Thebae eſt h. l. vrbs Aegypti. ἡ ἔξω Λιβύη eſt pars Africae orientalis. καθήρας δὲ τὴν Λιβύην, np. a noxiis beſtiis. De aureo poculo Solis vid. ad fragm. XIIII.

Pro εἰς Πέργην *Heyn.* ad *Apollod.* p. 423. coniicit εἰς περαίαν, ſc. γῆν, ἤπειρον. Sic *Apollodor.* 3, 12, 1. εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον. Certe oppidum hoc nomine in Africa a nemine facile commemoratum reperietur. παρὰ Προμηθέα. Cum Prometheus alias dicatur in Caucaſo poenas luiſſe, ſane cum *Heynio* l. l. mirari debemus veterum Graecorum errores geographicos, quippe qui credidiſſe videntur, Caucaſum per Aſiam continuatum eſſe verſus mare orientale. Veriora tradit *Schol. Apollon.* 2, 1218. De aquila vidimus Pherecydis ſententiam fragm. VIIII. Verba διηγησάμενος τὸν ἆθλον intelligenda ſunt ſic: cum eum docuiſſet, hunc ſibi laborem impoſitum eſſe, vt poma afferret. v. *Heyn.* l. l. p. 427. Euryſtheus, Stheneli filius,

filius, qua matre natus ſit, non conſentiunt veteres. *Apollodorus* 2, 4, 5. vocat Nicippen, Pelopis filiam. *Schol. Hom.* Il. τ, 119. Ἀντίβειαν vel Λευκίππην. Alii aliter. *Schol. Homer.* edit. *Villoiſ.* ad Il. τ, 116.

Δίδυμος παρατίθεται Φερεκύδην μὲν λέγοντα αὐτὴν τὴν Πέλοπος Ἀμφιβίαν· Ἡσίοδος δὲ Ἀρτιβίαν τὴν Ἀμφιδάμαντος ἀποφαίνεται.

ὑποσχόμενος, np. ſe pro Atlante velle coelum ſuſtinere. ἦν γὰρ εἰπὼν --- ποιήσεται. Haec verba e Cod. reg. Pariſ. et aliunde *Heyn.* p 428. praeclare emendauit ſic: τῷ Ἄτλαντι, κατὰ τὴν τοῦ Προμηθέως ὑποθήκην· κελεύει γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέθετο, τὸν Ἄτλαντα δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπεῖραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται. Quid ſignificet σπεῖρα, bene docet *Caſaub.* ad *Athenae.* 8, 13. p. 620. ſq. „φορμὸς „inter alia et ſtraguli genus ſignificat, vt alibi pro„bamus, quia ſubſternuntur hi puluilli: propterea „φορμοὶ Graece dicti. *Laertius* τύλην, quaſi dicas „*culcitam*, appellat in Protagora (h. e. 9, 53.), „quem facit eius inuentorem. A forma alii vo„cant σπεῖραν, vt *Apollodor.* de diis lib. 2. (h. e. „2, 5, 11.) quia rotundi ſunt: imo vero σπεῖρα „proprie dicitur pannus in ſpiram tortus, quo ho„dieque ancillae noſtrae loco puluilli vtuntur. Si„militer Latini a ſimilitudine ceſtuum et forma ro„tunda *ſeſticillum* et *arculum* vocarunt.“

Iam non pauca ſuperſunt Pherecydis fragmenta, quae quia non a grammaticis allata ſunt ita, vt numerus librorum Pherecydis, e quibus deſumta ſint, additus reperiatur, in his ordinandis putaui ſequendum eſſe ordinem *Apollodori*, nec niſi raro ab eo recedendum.

XXXI.

Strabo 10, p. 472. D. Ἀκουσίλαος ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. τῶν δὲ, τρεῖς Καβείρους, ὧν Νύμφας Καβειράδας. Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κορύβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθράκῃ· ἐκ δὲ Καβείρης τῆς Πρωτέως, καὶ Ἡφαίστου, Καβείρους τρεῖς, καὶ Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας· ἑκατέροις δ' ἱερὰ γενέσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Λήμνῳ καὶ Ἰμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν· ἀλλαὶ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστὶ μυστικά.

Saepiſſime hoc argumentum tractarunt viri docti, vt *Ioh. Ant. Aſtorius* diſſ. de diis Cabiris, Venet. 1703. 8. et in *Poleni* ſupplem. vtriusque theſauri antiquitatum T. II. p. 873. ſqq. *Tob. Guthberlet* diatr. de myſteriis deorum Cabirorum, Franequ. 1704. 8. et in *Poleno* T. II. p. 825. ſqq. *Hadr. Reland* diſſ. de diis Cabiris, in eius diſſertt. miſcell. P. I. (Trai. ad Rhen. 1706. 8.) n. V. p. 191-206. *Ioh. And. Cnoblach* de myſteriis Samothracum, ad *Apollon. Rhod.* 1, 916. ſqq. Viteb. 1707. 4. *Ioh. Franc. Foy Vaillant* diſſ. de diis Cabiris, quam tamen ne extare quidem ſcirem, niſi eam laudari vidiſſem a *Bozio* (*de Boze*) in hiſt. de l' acad. des inſcriptt. et des belles lettres T. I. p. 371. *Ioh. Jackſon* chronolog. Alterthümer, inprimis p. 741-51. p. 755. ſq. ed. german. *Sam. Bochart.* geograph. ſacr. II, 1, 12. p. 426. ſqq. *Raph. Fabretti* ſyntagm. de columna Traiani p. 73-83. *Fréret* recherches pour ſervir à l' hiſt. des Cyclopes, des Dactyles, etc. in Hiſt. de l' acad. des J. et B. L. Tom. XXIII. p. 27-50. aliique in operibus ſuis paſſim. Cum igitur plane ſuperfluum foret de re ſaepius dicta prolixe diſſerere, miſſis fere veterum

locis

locis pauca quaedam ex illis ſcriptis collecta propo-n re conſtitui. De nomine Cabirorum hactenus fere omnes conſentiunt, quod e lingua Phoenicia illud repetendum eſſe exiſtimant. Et vulgaris quidem ſententia eſt, ortum eſſe ex Hebraico כבירים, vt ſignificentur *dii potentes*, ſiue, vt in augurum libris ſcribebantur, *dii potes*. v. *Grot.* ad Matth. 4, 24. Sed *Relandus*, quia viderat a veteribus nunc duo Cabiros, Dioſcororum nomine, commemorari, nunc quatuor, excogitauit duas etymologias, ita vt vtrique illi ſententiae aptum eſſe diceret nomen חבירים, *ſocii*, *iuncti*. Similia iam *Aſtorius* attulerat. Propter alteram vero traditionem, ſi forte haec ſola vera eſſet, de quatuor Cabiris, Cerere ſ. Terra Matre, Proſerpina, Plutone et Mercurio, quos conſtat fuiſſe θεοὺς χθονίους, coniecit nomen proprie fuiſſe קבירים *deos ſepultorum*. Si cui tamen haec displicerent, maluit ſaltem גבירים, quam כבירים, quanquam ſenſus idem exiſtere debet, quia כביר ſemper reddi poſſet *multus*, non *magnus*. Aliam etymologiam --- omnes enim afferre nolui --- propoſuit nuper V. C. *Theod. Iac. Ditmar* vom Zuſtande Canaans, Arabiens und Meſopotamiens in den älteſten Zeiten p. 148. Repetit enim Cabiros e Chaldaea, a flumine כְּבַר, quod Iudaei Alexandrini Χοβὰρ vocant, v. c. Ezech. 1, 1. 3, 15. et quod nonnulli putarunt idem eſſe cum Aborrha ap. *Strabonem*, Chabora ap. *Ptolemaeum*, et Abora ap. *Ammianum* (v. *Caſaub.* ad *Strab.* p. 258. ſq. et *Fulleri* miſcell. ſacra 4, 2.), vbi prima fuerit litterarum doctorumque hominum ſedes. Primi Cabirorum cultores fuerunt haud dubie Aegyptii. Apud *Herodotum* enim (3, 37.) dicuntur filii Vulcani. Ex Vulcano

autem, vt vtar verbis *Iablonsky* panth. Aegypt. proleg. p. 60. vel, vti eum Aegyptii appellabant, Phtha, Deos reliquos omnes, interque hos maiores praeſertim, prodiiſſe, dogma erat theologiae Aegyptiorum canae atque genuinae. Quod vero Pherecydes matrem eorum edidit Cabiram, id linguae Phoeniciae inſcitia factum eſſe putandum eſt. Ab Aegyptiis cultum Cabirorum accepere Phoenices, qui origine Aegyptii erant. Hi Cabiros dicebant patrem habuiſſe Sadycum, צדיק. A Phoenicibus idem cultus peruenit ad Pelasgos, a quibus ille delatus eſt in varias regiones, vt in Imbrum, Lemnum, Cretam, Samothraciam, hinc per Dardanum ad Phrygas et Troianos, et inde per Aeneam in Italiam. Hinc explicari poſſunt multiplices illae diuerſitates in definiendis Cabirorum vel nominibus vel numero. Phoeniciam traditionem ſeruaſſe inprimis Samothraces videntur, apud quos, teſte *Mnaſea* ap. *Schol. Apollon.* 1, 917. haec ferebantur Cabirorum nomina: Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. quae *Dionyſodorus* ibid. explicat ſic: Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ· Ἀξιόκερσα δὲ, ἡ Περσεφόνη· Ἀξιόκερσος δὲ, ὁ Ἀίδης· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος (in loco ſupra poſito ab *Acuſilao* dicitur vocatus eſſe Κάμιλος, haud dubie corrupte), ὁ Ἑρμῆς ἐστιν. Iam vero *Eochartus* egregie, et primus ni fallor, docuit veram horum nominum explicationem, cum Axierum dicit deriuandum eſſe ex אַחְזִי et אֶרֶץ, Axiocerſa et Axiocerſus ex אחזי et קֶרֶץ, Casmilus ſ. Cadmilus ex חֶדֶם et אֵל, vt Axierus ſit domina terrae, terram poſſidens, i. e. Ceres; Axiocerſa, et Axiocerſus, dominans morti, i. e. Proſerpina et Pluto; Cadmilus denique, miniſter Dei, qualem conſtat Mercurium fu-

iſſe

isse fictum. Ex his iam iudicari poterit de verbis *Tzetzae* ad *Lycophr.* 162. Καδμίλος, ὁ Ἑρμῆς Βοιωτικῶς. cf. ad v. 219. vbi praeter alia dicit, Καδμίλον per syncopen etiam Κάδμον dici. v. *Potter.* ad locum priorem. Hanc eandem traditionem Phoeniciam fortassis quoque Pherecydes secutus est. Etsi enim tres tantum Cabiros commemorat, tamen etiam totidem habet Cabiradas. quarum fortassis duae, quas *Mnaseas* non attulit, minus notae erant. Alii, vt *Nonnus* Dionys. 14, 21. ipsum Vulcanum videntur posuisse in numero Cabirorum. quem errorem tribuere possumus Cabirorum figurae, quae formae Vulcani erat similis. v. *Hyde* hist. relig. veterum Persarum p. 360. *Guthberlet* c. 5. p. 39. *Varro* ap. *Augustin.* de ciu. Dei 7, 28. Iouem, Iunonem et Mineruam Deos Cabiros fuisse credebat. Ita fortassis apud Romanos statuebatur. Certe hi dicuntur Cabiros in penatum numero habuisse. v. *Liu.* 3, 17. Sed ab aliis, vt a *Myrsilo Lesbio* ap. *Dionys. Halic.* archaeol. 1, 23. et *Schol. Theocr.* 2, 12. distinguuntur inter se Cabiri et Iupiter. Alii, vt Athenienses (v. *Gruter.* inscriptt. p. 319, 2.), Pelasgis, vt videtur, auctoribus (v. *Herodot.* 2, 50.), non Cabiros vocabant, sed Dioscoros. quo nomine non Tyndaridas intelligere debemus, sed antiquiores, Tricopatreum, Eubuleum, et Dionysium, natos Athenis ex Ioue, rege antiquissimo, et Proserpina. v. *Cic.* de N. D. 3, 21. qui eosdem ait etiam Anaces vocari. Ἀνάκων s. Ἀνάκτων nomen datum postea fuit Castori et Polluci. Ita omnia vehementer turbata et confusa sunt. Nam hoc nomen Ἄνακες non sine magna probabilitate deriuatur et ipsum ex Hebraica s. Phoenicia lingua, vbi noti sunt ענקים, homines magni et

poten-

potentes. Fortaſſis hi erant Cabirorum poſteri, quorum quidam poſtea iis aſſociati ſunt.

Etiam ſacerdotes Cabirorum ab aliis gentibus appellantur aliter. Apud Phoenicios dicebantur Coës, haud dubie ex Hebr. כֹּהֵן; in Samothrace et Phrygia Corybantes, quos *Apollodorus* 1, 3, 4. et *Tzetzes* ad *Lycophr.* 78. faciunt Apollinis et Thaliae filios, quidam ap. *Diodor. Sic.* 3, 55. filios matris deorum, qui quo patre ſint vſi, tradi in myſteriis; in Creta Curetes, quorum haec nomina prodit *Pauſan.* 5, 7. p. 392: Herculem, Poeonaeum, Epimeden, Iaſium, Idam, et qui a *Tzetza* l. l. dicuntur Δαναΐδος νύμφης Κρήσσης καὶ Ἀπόλλωνος παῖδες; in Rhodo Telchines; in Lemno fortaſſis Sinties (v. *Hellanic.* fragm. CXXVIIII.); in monte Ida Dactyli Idaei; in Italia Salii. Corybantes, Curetes, Telchines et inprimis Dactyli Idaei, quod iam *Strabo* (10, p. 472. B.) obſeruauit, a multis, quos etiam *Aſtorius* et *Weſſeling* ad *Diodor. Sic.* 3, 55. ſequuntur, pro iisdem cum Cabiris ipſis habiti ſunt. v. omnino *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Iou. 52. Et videntur ſane, quamuis proprie a Cabiris differrent, poſterioribus temporibus ipſi affecti fuiſſe diuinis honoribus, ob myſteriorum, quibus praeerant, ſanctitatem. Confunduntur etiam ſaepe inter ſe, cum Iouis nutritores et cuſtodes dicuntur. Cuius confuſionis cauſſam praecipuam puto, quod duo montes Idae fuerunt, alter in Phrygia, vbi Rheae cultus ſolemnis erat, alter in Creta, vbi Iupiter natus vel educatus ferebatur. Ex omnibus autem, quae iam dixi, facile intelligi poterit, ne horum quidem numerum ab omnibus ſcriptoribus potuiſſe tradi eundem. Sed haec quoque non opus eſt vt denuo repetamus. Nobis id agen-

agendum eſt, vt diligentius inſpiciamus locum Pherecydis aliquem, qui ſeruatus eſt a *Schol. Apollon.* 1, 1129. et *Phauorino* in v. Δάκτυλοι Ἰδαῖοι.

Δάκτυλοι Ἰδαῖοι· ἓξ καὶ πέντε φασὶν εἶναι. δεξιοὺς μὲν τοὺς ἄρσενας, ἀριστεροὺς δὲ τὰς θηλείας. Φερεκύδης δὲ τοὺς μὲν δεξιοὺς εἴκοσι λέγει, τοὺς δὲ εὐωνύμους τριάκοντα δύο. γόητες δὲ ἦσαν, καὶ φαρμακεῖς, καὶ δημιουργοὶ σιδήρου. λέγονται πρῶτοι καὶ μεταλλεῖς γενέσθαι. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἴδης. ἀριστεροὶ μέν, ὥς φησι Φερεκύδης, οἱ γόητες αὐτῶν· οἱ δὲ ἀναλύοντες, δεξιοί, ὡς Ἑλλάνικος.

Prima et ſimpliciſſima traditio docuiſſe videtur haec, fuiſſe decem eiusmodi ſacerdotes Cabirorum, a numero digitorum ſic dictos. Quod Pherecydes a dextro latere viginti ponit, id poſſit a digitis manuum et pedum ſimul ſumtis deriuari. Sed cur a ſiniſtra parte duo et triginta collocet, hoc ego quidem non dixerim. Illa ipſa autem verba δεξιοὺς et ἀριστεροὺς ſ. εὐωνύμους explicanda puto *a dextro et ſiniſtro latere Idae.* Probabiliter enim primi incoluerunt montem Idam in Phrygia, in quo cum caſu quodam felici artem ferri conflandi et cudendi inueniſſent, non ſolum primi μεταλλεῖς, ſed etiam ob rei nouitatem γόητες putati ſunt. Vnum ex his Dactylis a nonnullis Titiam et Iouis filium dictum fuiſſe narrat *Schol. Apollon.* 2, 782. Apud eundem 1, 1129. ex antiquo Phoronidis poemate afferuntur Κέλμις, Δαμναμενεύς, et Ἄκμων, quibus Herculem et Salaminum addit *Strabo* p. 473. C. vbi Κέλμιν legendum docuit *Caſaubonus.* cf. de Celmi *Zenob.* prouerbb. 4, 80. Quod matrem dicuntur Idam habuiſſe, id non a Phe-

Pherecyde profectum eſt. Nam idem *Schol. Apollon.* I, 152.

Φερεκύδης, inquit, τὴν μητέρα τῶν περὶ Ἴδαν, Ἀρήνην φησὶν, ἀφ' ἧς ἡ πόλις.

Et mox addit: οὗτοι δὲ συνήκμαζον τοῖς Διοσκούροις. Iam vero cum conſtet, Arenen fuiſſe Peloponneſi oppidum, videntur Dactyli, Dardanum fortaſſis ſecuti, e Peloponneſo ſe in Idam contuliſſe. Vltimorum verborum loci e *Schol. Apollon.* prioris: ἀριστεροὶ μὲν --- Ἑλλάνικος, hunc puto ſenſum eſſe: Pherecydes et Hellanicus de negotiis et occupationibus Dactylorum eadem tradiderunt. Senſus hic futurus eſſet facilior, modo ante Ἑλλάν. inſertum eſſet καὶ. Sed quod ad rem ipſam attinet, οἱ γόητες ad ſiniſtram Idae partem videntur proprie ii fuiſſe, qui effoderent ferrum, ſed οἱ ἀναλύοντες, qui illud igni tractarent, conflarent, cuderent.

Haec iam ſufficiat ex meo conſilio dixiſſe de Cabiris eorumque ſacerdotibus. Qui plura noſſe cupit de myſteriis eorum, de Corybantum ſaltationibus armatis, quibus tantum ſtrepitum ediderunt, vt Saturnus non audire poſſet vocem vagientis paruuli Iouis, it. de certaminibus Cabiriis, aliisque huc pertinentibus rebus, is adeat ſcriptores iam ſupra nominatos. De myſteriis cum Cabirorum tum aliis certiora fortaſſis ſciremus, ſi ad noſtra tempora peruenisſet *Iceſii* liber περὶ μυστηρίων, cuius memoriam debemus *Clementi Alexandr.* protrept. p. 43. A.

XXXII.

XXXII.

Schol. Apollon. 3, 467. et ex eo *Phauorin.* in v. Περσηίδα :

Περσηίδα τὴν Ἑκάτην λέγει (*Apollonius*), ὡς τοῦ Περσέως θυγατέρα. τινὲς δὲ αὐτὴν φασι Διὸς εἶναι παῖδα. --- Βακχυλίδης δὲ νυκτὸς φησὶν αὐτὴν θυγατέρα. --- Μουσαῖος δὲ, Ἀστερίας καὶ Διός. (cf. ad v. 1034.) Φερεκύδης δὲ, Ἀρισταίου τοῦ Παίονος.

Pherecydis ſententiam, quantum mihi quidem conſtet, nemo ſecutus eſt. *Apollodorus* 1, 2, 2. Hecaten vocat filiam Perſis, qui Crium, Titanem, patrem habebat, et Aſteriae, filiae Coei, qui et ipſe erat vnus ex Titanibus. Sane vix concoqui poteſt, qui factum ſit, vt Hecate, quam tamen multi ne diſtinguendam quidem putabant a Diana et Proſerpina (v. *Schol. Theocrit.* 2, 12.) omnes certe pro Dea habebant, et quam *Proclus* in hymno nuper edito (Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt, St. I. p. 46.) adeo matrem deorum vocat, fingeretur parente vſa mere mortali, tamque obſcuro et ignoto, vt etiam genus lateat plane, niſi quis velit ea explicatione, quam olim aliquando tentaui, eſſe contentus, vt *Ariſtaeus* Hecates pater plane dicatur idem eſſe cum Ariſtaeo illo nobiliſſimo, Apollinis et Nymphae Cyrenes filio, Autonoes, quae Cadmi filia erat, marito, patre Actaeonis, qui poſt Libyas, primos Sardiniae colonos, in hanc inſulam migrauit (v. *Pauſan.* 10, 17. p. 837.), et qui, ipſe nympharum diſciplina vſus, primus homines docuit τήν τε τοῦ γάλακτος πῆξιν, καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν σμηνῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐλαιῶν τὴν κατεργασίαν (v. *Diodor. Sic.* 4, 81.),

ob

ob quae et alia in homines merita tandem a Dionyſio Orgiis imbutus in Thracia diſparuit, et vt Deus cultus fuit, inprimis in Cea, Sicilia et Arcadia. Iam *Schol. Apollon.* videri poteſt hic et 1, 230. Παίονος nomen pro nomine Ἀπόλλωνος poſuiſſe, vel quia in poeta aliquo Ariſtaeum vocatum repererat filium Παίονος, quod erat Apollinis cognomen, idem ſignificans quod ἰατρὸς et οὔλιος et σωτὴρ et ἀκέστωρ (v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Apoll. 40. et 46.), vel ſpeciatim quia Ariſtaeus etiam peſtem aliquando pulſiſſe dicitur ap. *Diodor. Sic.* 4, 82. Praeterea idem a Nymphis tripliciter appellatus eſt, Νόμιος, Ἀριστοῖος, Ἀγρεύς. v. *Diod. Sic.* 4, 81. ibique *Weſſeling.* et Hecate fortaſſis hanc ipſam ob cauſſam, quia Dea non ex Deo prognata eſt, a *Tzetza* ad *Lycophr.* 77. vocatur ξενοφυής. At haec, quam dedi, explicatio mihi quidem vel propterea plane nunc displicet, quia omnes omnino chronologiae leges violat. Niſi diſerte additum eſſet τοῦ Παίονος, intelligerem illum Ariſtaeum, qui fingebatur Coeli ac Terrae filius, v. *Schol. Apollon.* 2, 500. Quia vero ſemel de Ariſtaeo eiusque matre Cyrene dictum fuit, ponam ſtatim aliquam Pherecydis de ea narrationem, ſeruatam a *Schol. Apollon.* l. l.

περὶ τῆς Κυρήνης Πίνδαρος ἱστορεῖ ἐν Πυθιονίκαις (9, 6. ſqq.), ὡς παρθένος οὖσα, μέχρι πολλοῦ συνέκυνήγει τῷ Ἀπόλλωνι· διαπαλαίουσα δέ ποτε λέοντι (v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Apoll. 91. ſq.) ἠγαπήθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος· ὃς καὶ ἁρπάσας αὐτὴν, διεκόμισεν εἰς τὴν νῦν ἀπ' αὐτῆς Κυρήνην τῆς Λιβύης. καὶ μιγεὶς Ἀρισταῖον ἔτεκε. Φερεκύδης δέ φησι καὶ Ἄγαυθος (quod nomen quid ſibi velit, ignoro)

ignoro) ἐπὶ κύκνων αὐτὴν ὀχηθεῖσαν, κατὰ Ἀπόλλωνος προαίρεσιν, εἰς τὴν Κυρήνην ἀφικέσθαι.

Multas alias easque diuerſas traditiones refert Schol. in ſqq. vbi quoque de parentibus Cyrenes ita exponit, vt eam ab aliis Penei filiam vocari dicat, ab aliis Hypſei, regis Lapitharum, qui Penei filius erat, etiam ſecundum Pherecydem, vt video e *Schol. Pindar.* Pyth. 9, 29. Ναΐδος καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὑψέα Φερεκύδης. Ἀκέσανδρος δὲ, Φιλλύρας τῆς Ἀσωποῦ καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὑψέα. Iam ſi cum *Schol. Apollon.* l. l. alteram genealogiam Cyrenes, vt ſit Hypſei filia, praeferendam ducimus priori, ſequitur eam fuiſſe ſororem Themiſtus. v. fragm. XXXX. Cur autem Penei filia ficta fuerit, haec affertur ab eodem Schol. cauſſa, quia oues pauerit ad Peneum fluuium. Ceterum ab hac nympha vrbem Cyrenaicae mediterraneae, Cyrenen, de qua v. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Apoll. 65. ſqq. et 94. nomen accepiſſe, dicunt *Pindarus* et *Schol. Apollon.* ll. ll.

XXXIII.

Schol. Apollon. 2, 1235. et ex eo *Phauorin.* in v. Φιλυρίδα νῆσον·

Φερεκύδης φησὶν, ὅτι Κρόνος ἀπειπασθεὶς ἵππῳ ἐμίγη Φιλύρᾳ τῇ Ὠκεανοῦ, καὶ διὰ τοῦτο διφυὴς ὁ Χείρων.

Philyram, Chironis matrem (v. *Schol. Apollon.* 4, 813.), in Oceani filiabus non habet *Heſiodus.* Sic nec *Apollodorus* 1, 2, 4. vbi Saturno et Philyra natum dicit Chironem διφυῆ Κένταυρον, de matris parentibus affert aliquid. Ipſa Pherecydis narra-

narratio non admodum diuersa est a vulgari traditione, quam etiam *Apollon.* l. l. exhibet, et secundum quam Saturnus in ipso cum Philyra concubitu deprehensus a Rhea vxore, pudore commotus se in equum mutauit. vnde petita est elegans comparatio ap. *Virgil.* Ge. 3, 93.

Alii deinde affinxerunt alia, v. c. de mutatione Philyrae in equam, deinde in tiliam, etc. Insula autem Philyreis, vt hoc obiter addam, fuit haud dubie in Ponto Euxino. Philyres enim erant Ponti populus, Macronibus et Mossynis finitimus. v. *Dionys. Perieg.* 766.

Chiron valde celebratus fuit ob rei medicae peritiam aeque ac ob instituendi alios dexteritatem. Achillis, qui a Peleo traditur alendus Chironi, erat simulacrum quoddam a *Pausania* visum, qui 3, 18. p. 255. haec addit de Chirone: ὃς καὶ διδάξαι λέγεται, np. ap. *Homer.* Ιλ. λ, 831. Et de Centauro, qui in arca Cypseli conspiciebatur, dicebant, ὡς Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρὰ ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς, ἕκαστόν τινα ἥκοι τοῦ πένθους Ἀχιλλεῖ παρασκευάζων. v. *Paus.* 5, 19. p. 426. De Aesculapio vidimus fragm. IIII. Sic Iason fratri Peliae traditus erat a patre tanquam tutori. Sed mater Alcimede, verita ne male tractaretur vel adeo interficeretur a Pelia, δίδωσιν αὐτὸν τρέφεσθαι Χείρωνι τῷ Κενταύρῳ. Scil. Iason ab *Hesiodo* vocatur filius Aesonis, quem post Neleum et Peliam Cretheo pepererat Tyro, Salmonei filia, e Polymila. Ita saltem *Schol. Homer.* Odyss. μ, 70.

Τυρὼ

Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως, ἔχουσα δύο παῖδας ἐκ Ποσειδῶνος, Νηλέα τε καὶ Πελίαν, ἔγημε Κρηθέα. καὶ ἴσχει παῖδας ἐξ αὐτοῦ τρεῖς, Αἴσονα, καὶ Φέρητα, καὶ Ἀμυθάονα. Αἴσονος δὲ καὶ Πολυμήλας καθ' Ἡσίοδον γίνεται Ἰάσων, κατὰ δὲ Φερεκύδην ἐξ Ἀλκιμέδης. τελευτῶν δὲ οὗτος καταλείπει τοῦ παιδὸς ἐπίτροπον τὸν ἀδελφὸν Πελίαν, ἐγχειρίσας αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν, ἵνα αὐξηθέντι τῷ υἱῷ παράσχῃ. ἡ δὲ τοῦ Ἰάσονος μήτηρ Ἀλκιμέδη δείσασα, δίδωσιν αὐτὸν τρέφεσθαι Χείρωνι τῷ Κενταύρῳ.

Alcimedam, Phylaci filiam, a Pherecyde putatam fuiſſe matrem Iaſonis, dicit etiam *Schol. Apollon.* 1, 45.

Φερεκύδης συμφωνεῖ Ἀπολλωνίῳ, λέγοντι Ἀλκιμέδην μητέρα εἶναι Ἰάσονος, τὴν Φυλάκου θυγατέρα. et 1, 230.

Sed Πολυμήλας ſ. Πολυμίλας nomen, quod e *Schol. Hom.* paullo ante attuli, videtur ex *Apollod.* 1, 9, 16. ſcribendum eſſe Πολυμήδας, vel Πολυμήδης e *Tzetza* ad *Lycophr.* 175. qui eam vocat Autolyci filiam.

XXXIIII.

Schol. Apollon. 1, 761. et ex eo *Phauorin.* in v. Ἐλάφη· Φερεκύδης φησὶν, ὅτι Ἐλάφῃ τῇ Ὀρχομενοῦ μιγεὶς ὁ Ζεὺς, ὤθησεν αὐτὴν κατὰ γῆς ἤδη κύουσαν, δεδιὼς τὴν τῆς Ἥρας ζηλοτυπίαν. καὶ ἀνεδόθη τῆς γῆς Τιτυός. διὸ καὶ γηγενὴς καλεῖται.

Schol. Pindar. Pyth. 4, 160. ὅτι ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἐτελεύτησε τοξευθεὶς (ὁ Τιτυός), Φερεκύδης φησίν. ἐπάγει δὲ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοξευ-

ρεὶς ὁ Τιτυὸς ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ φονευθεὶς, παραδέδωκε τοῖς μετὰ ταῦτα γέγονεν, ὅπως ἄν τις τῶν δυνατῶν ἐπιθυμιῶν ὀρέγηται.

Fere eadem tradunt *Apollod.* 1, 4, 1. et *Euſtath.* ad *Homer.* Odyſſ. η, p. 1581, 54. vbi tamen male edi Ἐλάρας τῆς Μίνωος ἢ Ὀρχομενοῦ, et Μινύου legendum eſſe, iam *Heyn.* ad *Apollod.* p. 44. animaduertit. Fuit hic Orchomenus non ille Lycaonis Arcadum regis filius (ap. *Apollod.* 3, 8, 1.), qui a *Pauſan.* 8, 3. p. 602. dicitur οἰκιστὴς Μεθυδρίου τε καλουμένης καὶ Ὀρχομενίων. cf. init. c. 36. nec ille notiſſimus filius Minyae in Boeotia, de quo *Pauſ.* 9, 36. p. 783. exponit, ſed Phocenſis, vt ex *Apollod.* 1, 4, 1. poteſt intelligi. Non vero, quod hic idem *Apollodorus* tradit, ſolum Apollinem fuiſſe Tityi interfectorem, ſed etiam Dianam, et Latonam adeo, demonſtrant ſtatuae, quas commemorat *Pauſan.* 3, 18. p. 256. et 10, 11. in. De gigantea Tityi ſtatura tum notus ille locus *Homeri* (Odyſſ. λ, 576.) teſtatur: Τιτυὸν εἶδον --- κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, tum etiam *Pauſan.* 10, 4. p. 806. ἐνταῦθα (in agro Panopeae in Phocide) ἐπὶ τῇ χαράδρᾳ Τιτυοῦ μνῆμά ἐστι, περίοδος μὲν τοῦ χώματος τρίτον μάλιστά που σταδίου. Idem tamen locum *Homeri*, quem attuli, oſtendit non ab omnibus proprie intelligi: οὐκ ἐπὶ μεγέθει πεποιῆσθαι τοῦ Τιτυοῦ φασιν, ἀλλ' ἔνθα ὁ Τιτυὸς ἐτέθη, πλέθρα ἐννέα εἶναι τῷ χωρίῳ. Cleonem Magnetem contra dixiſſe, narrationem de Tityi proceritate non ſibi miram videri, quia Gadibus quoque viderit cadauer hominis marini in littus eiectum, quinque iugera longum. Ceterum in *Schol. Pind.* poſt ὅπως ἄν inſerendam eſſe particulam μὴ, quilibet facile intelligit, et cauſſa inter-

terfecti Tityi fuit haec, quod Latonam ad ſtuprum ſolicitauit.

XXXV.

Apollod. 1, 4, 3. Ὠρίωνα Ἄρτεμις ἀπέκτεινεν ἐν Δήλῳ· τοῦτον γηγενῆ λέγουσιν ὑπερμεγέθη τὸ σῶμα· Φερεκύδης δὲ αὐτὸν Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυάλης λέγει.

Eratoſthenes cataſter. 32. Euryalen vocat Minois filiam.

XXXVI.

Apollodor. 1, 5, 2. extr. de Triptolemo: Φερεκύδης φησὶν αὐτὸν υἱὸν Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς.

De magno circa Triptolemi parentes ſcriptorum veterum diſſenſu vid. quos laudat *Heyn.* p. 65. qui ipſe erudite ſenſit, quam incommode Triptolemi parentes dicantur Oceanus atque Terra. Vnde plane aſſentirer eius coniecturae, qua Οὐρανοῦ potius legendum exiſtimat, niſi et per ſe explicari ſic fabula quodammodo poſſet --- aqua enim et terra inprimis opus eſt ad fruges edendas --- et *Pauſanias* 1, 14. p. 34. e carminibus, quae ſub *Muſaei* nomine circumferebantur, eandem Triptolemi ex Oceano et Terra genealogiam attuliſſet.

XXXVII.

Schol. Apollon. 2, 1214. ὅτι ἐπὶ τὸν Καύκασον κατέφυγεν ὁ Τυφὼς διωκόμενος, καὶ ὅτι καμόμενου τοῦ ὄρους ἔφυγεν ἐκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν, ὅπου τὴν Πιθηκοῦσαν αὐτῷ περιῤῥιφῆναι νῆσον, Φερεκύδης ἐν τῇ Θεογονίᾳ ἱστορεῖ.

Quod iam ex *Etymol. M.* conſtat, nomen Τυφὼς non diuerſum eſſe a nomine Τυφὼν, cognoſci quoque poteſt e *Pauſan.* 3, 18. p. 255. vbi iunguntur Ἔχιδνα καὶ Τυφὼς, coll. fragm. VIIII. De Caucaſo quaedam dixi ad fragm. XXX. *Apollodorus* vero 1, 6, 3. non Caucaſum commemorat, ſed τὸ Κάσιον ὄρος. qua de re vid. *Heyn.* p. 83. qui Caucaſum etiam ab *Apollodoro* ſcriptum arbitratur. *Pithecuſa* ſ. *Pithecuſae* erat inſula Italica, verſus Cumas ſita, quae videtur eadem eſſe cum illa, quam Aenariae nomine quidam veterum vocant. v. *Appian.* ciuill. 5, p. 1130. ed. *Toll.* De Typhone vid. *Iablonsky* panth. Aegypt. 5, 2. vbi §. 18- 21. ſatis probabiliter oſtendit, Typhonis numen proprie ſignificaſſe ventum vrentem, exſiccantem, et quouis modo noxium. Add. *Heyn.* l. l. p. 78. et quos laudaui ad *Hellanic.* p. 45. Quod vero h. l. Pherecydes de Typhone ἱστορῆσαι dicitur ἐν τῇ Θεογονίᾳ, ex eo non puto colligi poſſe, Syrium Pherecydem hic intelligi. Potuit enim Scholiaſtes recte hoc nomine appellare primam operis Pherecydei, ἱστορίαι inſcripti, partem, in qua non minus quam *Apollodorus* theogoniam tractauerat.

XXXVIII.

Schol. Apollon. 4, 57. et ex eo *Phauorin.* in v. Λάτμιον· τὸν Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης παῖδα λέγει, παρὰ Διὸς εἰληφότα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλοι (*Phau.* μέλοι) ὀλέσθαι. καὶ τὰ αὐτά φησιν Ἀκουσίλαος καὶ Φερεκύδης.

Aethlius erat filius Iouis e Protogenia, Deucalionis et Pyrrhae filia. v. *Apollod.* 1, 7, 2. et *Pauſan.* 5, 1. p. 375. qui addit, eum primum Elidis regem

regem putari. Videtur tamen non totam Elidem ſibi potuiſſe ſubiicere. Nam quinquaginta fere annos poſt Deucalioneum diluuium Clymenus quidam, Cardis filius, e Creta veniſſe dicitur Olympiam, ibique certamina inſtituiſſe in honorem Herculis Idaei, a quo ipſe genus ducebat. Hunc vero Clymenum Endymion demum regno ſpoliauit (ἔπαυσε τῆς ἀρχῆς). v. *Pauſ.* 5, 8. poſt init. a quo etiam Amythaon, Crethei filius, de quo v. fragm. XXVI. dicitur Ἐνδυμίωνι ἀνεψιὸς πρὸς πατρός. εἶναι γάρ φασι καὶ Ἀέθλιον Αἰόλου, Διὸς δὲ ἐπίκλησιν. Certe in hoc fere conueniunt ſcriptores, Calicen, quae Calyce ſcribitur ab *Apollod.* 1, 7, 3. 5. fuiſſe filiam Aeoli. Endymionem a Luna adamatum fuiſſe, res eſt ſatis nota. v. *Apollod* §. 5. *Pauſan.* 5, 1. p. 375. qui etiam p. 376. in Latmo monte Cariae (v. *Cic.* Tuſc. 1, 38.) dicit eſſe ἄδυτον Ἐνδυμίωνος, in quo fortaſſis Luna dormientem offendit iuuenem. Hinc videtur a nonnullis ficta eſſe fabula illa, quam *Apollodorus* l. l. aliique habent, eum a Ioue impetraſſe hoc, vt ſemper dormiret, immortalis tamen maneret. Hanc enim fabulam eſſe recentioris aetatis, colligi ex eo poteſt, quod Elei, teſte *Pauſania* l. l. oſtendebant eius monumentum, et quidem, vt idem narrat 6, 20. p. 503. in extremo ſtadio Olympico. Satis tamen vulgatam fuiſſe hanc fabulam, docet locus *Platonis* in Phaedone T. I. p. 72. B. et prouerbium a *Schol. Apollon.* l. l. commemoratum: Ἐνδυμίωνος ὕπνος, qui ſcholiaſtes omnino de diuerſis, quae ferebantur de Endymione, narrationibus conferendus eſt. Nempe prouerbium illud dici ſolebat de iis, qui multum dormirent, vel negligenter ſuam rem agerent. Laudat Scholiaſtes hanc in rem *Theocrit.* idyll. 3, 49. ſq. vbi cf. Schol. Eodem au-

tem prouerbio *Ariſtotelem* quoque et *Ciceronem* vſos eſſe, iam *Eraſmus* annotauit Chiliadd. 1, 9, 63.

XXXVIIII.

Apollod. 1, 8, 5. Τυδεὺς ἀνὴρ γενόμενος γενναῖος, ἐφυγαδεύθη, κτείνας, --- ὡς Φερεκύδης φησὶν, Ὠλενίαν ἀδελφὸν ἴδιον.

De hoc Olenia non facile quicquam reperias. Sed de Tydei ad Adraſtum, Talai filium, fuga, nota res eſt. v. *Apollod.* l. l. et 3, 6, 1. quibus in locis etiam mentio fit matrimonii Deipylae cum Tydeo, de qua, vt de aliis ad Tydeum ſpectantibus rebus has reperimus Pherecydeae narrationis reliquias: *Schol.* Homer. Il. ξ, 120. Τυδεὺς ὁ Οἰνέως, Αἰτωλὸς μὲν ἦν τὸ γένος, ἀνδρειότατος δὲ τῶν κατ' αὐτὸν (*Villoiſ.* καθ' αὑτὸν) γενόμενος. Ἔτι νέος ὢν, ἐθεάσατο τὸν πατέρα, διὰ γῆρας ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων τῆς βασιλείας ἐκβαλλόμενον. Διόπερ ἀναιρεῖ τούς τε ἀνεψιοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀκουσίως ἀδελφόν. Φεύγων δ' (*Villoiſ.* ἀκουσ. τὸν ἀνεψιόν. φυγὼν δὲ) εἰς Ἄργος, πρὸς Ἄδραστον, βασιλέα τῆς χώρας, καθαρσίων τε τυγχάνει πρὸς αὐτοῦ, καὶ γαμεῖ (*Villoiſ.* λαμβάνει) τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Δηϊπύλ ν. (*Villoiſ.* Διϊπύλην.) Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. (*Villoiſ.* Φερεκύδει.)

Oeneum eſſe Tydei patrem, conſtans traditio eſt. Oeneus ipſe ap. Homer. Il. ξ, 115. dicitur Porthei, ap. *Apollod.* 1, 7, 10. (cf. *Pauſ.* 4, 35. p. 367. ibique *Sylburg.*) Porthaonis filius ex Euryta, filia Hippodamantis. Sed de matre Tydei diſſentiri oſtendit *Apollod* 1, 8, 4- 6. Ipſe eam Peribocam vocat, Hipponoi filiam, ſed *Piſander* Gorgen, quae fuerit ipſa Oenei filia, quacum pa-

ter

ter concumbere a Ioue iuſſus ſit. *Agrius*, cuius filii regno eiecerunt Oeneum, fuit Oenei frater (v. *Homer.* Il. ξ, 117.). *Pauſanias* 2, 25. init. vt *Apollod.* 1, 8, 6. meminit loci alicuius in Argi vicinitate, qui Οἰνόη dicebatur nomine impoſito ab Oeneo, vt quidem Argiuorum fama ferebat. Tum pergit: Οἰνέα γὰρ τὸν βασιλεύσαντα ἐν Αἰτωλίᾳ λέγουσιν ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, παρὰ Διομήδην ἐς Ἄργος ἀφικέσθαι. Hic Diomedes, Oenei nepos, et aliis modis auum coluit, et mortuum illo in loco ſepeliuit. Ab *Apollodoro* 3, 6, 3. vt a *Pauſ.* 10, 10. p. 821. vbi ſtatua eius commemoratur, Tydeus ponitur in ſeptem aduerſus Thebas. Nec alia videtur Pherecydis fuiſſe ſententia. Nam *Schol. Homer.* codicis Lipſienſis ad Il. ε, 126. fol. 53. b. φασὶν, inquit, ἐν τῷ Θηβαϊκῷ πολέμῳ Τυδέα τρωθέντα ὑπὸ Μενίππου τοῦ Ἀστακοῦ σφόδρα ἀγανακτῆσαι. Ἀμφιάρεων (*Villoiſ.* Ἀμφιαρεα) δὲ φονεύσαντα αὐτὸν δοῦναι τὴν κεφαλὴν Τυδεῖ. τὸν δὲ δίκην θηρὸς ἀναπτύξαντα ῥοφεῖν τὸν ἐγκέφαλον. κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ παρεῖναι Ἀθηνᾶν, ἀθανασίαν αὐτῷ ἐξ οὐρανοῦ φέρουσαν, καὶ διὰ τὸ μῦσος ἀπεστράφθαι. τὸν δὲ θεασάμενον, παρακαλέσαι κἂν τῷ παιδὶ αὐτοῦ (*Villoiſ.* αὐτὴν) χαρίσασθαι. οὕτως (*Villoiſ.* χαρίσασθαι τὴν ἀθανασίαν. ἱστορεῖ Φερ.) ἱστορεῖ Φερεκύδης.

Pro Μενίππου reſcribendum cum *Villoiſono* videtur Μελανίππου. Saltem ita vocatur homo in ſcholiis ad *Homer.* l. l. editis, et ap. *Apollod.* 1, 8, 5. et 3, 6, 8. ac ab aliis, quos *Heyn.* laudauit p. 630. ſq. cf. *Sext. Empir.* Pyrrh. hypotyp. 3, 24. Librarius codicis Lipſienſis vſus eſt fortaſſis compendiaria ſcribendi ratione, vtpote in hiſtoria notiſſima.

In Agrii filiis praeter Melanippum valde nobilitatus eſt Therſites. Fuit enim valde deformis, et inimiciſſimus Achilli atque Vlyſſi. Alia praeterea de eo tradiderat Pherecydes.

Schol. Homer. cod. Lipſ. ad Il. β, 212. fol. 17. b. Φερεκύδης δὲ (*Villoiſ.* καὶ) τοῦτον ἕνα τῶν περὶ (*Villoiſ.* ἐπὶ) τὸν Καλυδώνιον κάπρον στρατευσάντων φησὶ, ἐκκλίνοντα τὴν τοῦ συὸς μάχην, (*Villoiſ.* φησίν· ὑποδείσαντα δὲ, καὶ τὴν τοῦ συὸς ἐκκλίνοντα μάχην) ὑπὸ Μελεάγρου κατακρημνισθῆναι. διὸ καὶ λελωβῆσαι (*Villoiſ.* λελωβῆσθαι) τὸ σῶμα.

XXXX.

Schol. Pind. Pyth. 4, 288. ταύτην (matrem Phrixi) ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν ὕμνοις, Δημωτικήν φησιν· Ἱππίας δὲ, Γοργῶπιν· Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι, Νεφέλην· Φερεκύδης, Θρμιστώ· ὃς καὶ φησὶ τῶν καρπῶν φθειρομένων ἐκ ταυτομάτου, ἐθελούσιον δοῦναι ἑαυτὴν εἰς σφαγήν.

Cum Pherecyde conſentit Herodorus ap. *Schol. Apollon.* 2, 1147. Sophoclem ſequitur *Apollodorus* 1, 9, 1: vbi pater Phrixi, Athamas, Aeoli filius, rex Orchomeni in Boeotia (cf. *Apollon. Rhod.* 3, 265.), poſt Nephelen etiam Ino dicitur vxorem duxiſſe, e qua genuerit Learchum ſ. Clearchum et Melicerten ſ. Palaemonem. Ino illa, libidinoſiſſima femina, cum Phrixum ſaepius de ſtupro ſolicitaſſet, nec tamen quae voluerat conſecuta eſſet, vltionis cupida perſuaſit feminis ruſticis, vt ſemina, antequam ſpargerentur, clam maritis torrerent. Hinc terra nullas ſegetes tulit. Athamas miſit, qui Delphicum oraculum conſulerent. Hos corrupit Ino et iuſſit nunciare, Apollinem ſterilitatis ceſſa-

ceſſationem promiſiſſe hac lege, vt Phrixus Ioui immolaretur. Quod facinus cum a ruſticis coactus Athamas patraturus eſſet, mater pueri, ſiue Nephele ſiue Themiſto ſiue alio nomine vocanda ſit, filium cum filia Helle ſubtrahit, et arieti, cui vellus aureum eſſet, imponit, quo vecti per aerem ferebantur atque adeo maria quoque traiicere poterant. Et Phrixus quidem feliciter in Colchidem traiecit, quanquam pater, qui quid factum eſſet neſciret, Inus technis eum periiſſe credebat. (v. *Pauſ.* 1, 44. p. 108. 9, 34. p. 779.) Sed Helle inſolito vecturae genere territa, in Pontum delapſa eſt, qui inde appellatus fuit Helleſpontus. Haec quidem eſt vulgaris narratio, quam tradiderunt praeter alios *Apollodorus* l. l. et *Hyginus* fab. 3. vbi v. interpp. cf. *Hellanic.* fragm. CXXVII. Apud *Pauſ.* 9, 34. p. 778. aries ille, ἔχων τὸ ἔριον χρυσοῦν, dicitur ab ipſo Ioue miſſus eſſe Phrixo et Hellae. Ex his omnibus poteſt intelligi, quod *Apollon.* 1, 257. ſq. tradit, arietem illum etiam loqui potuiſſe, id ingeniis poetarum deberi, niſi velis, per traditionem aliquid ad Graecos peruenisſe ex hiſtoria aſini Bileami.

Eratoſthenes cataſter. 19. οὗτος (κριὸς) ὁ Φρίξον διακομίσας καὶ Ἕλλην. ἄφθιτος δὲ ὢν, ἐδόθη αὐτοῖς ὑπὸ Νεφέλης τῆς μητρός. εἶχε δὲ χρυσῆν δορὰν, ὡς Ἡσίοδος καὶ Φερεκύδης εἰρήκασι. Ex iis, quae ſupra dicta ſunt, patet vltima tantum huius loci verba: εἶχε -- δορὰν, ad Pherecydem pertinere, a quo non Νεφέλην ſed Θεμιστὼ matrem Phrixi appellatam vidimus. Idem etiam magis perſpici poteſt ex loco *Hygini* poet. aſtron. 2, 20.

aries

aries, qui Phrixum transtuliſſe et Hellen *dictus eſt per* Helleſpontum: *quem* Heſiodus *et Pherecydes ait habuiſſe auream pellem.*

Cum Athamas plures vxores habuerit, facile potuerunt illae a poetis aliisque ſcriptoribus inter ſe confundi. Hinc *Apollod.* 1, 9, 2. etiam Themiſto, Hypſei filiam, ponit in eius vxoribus, quam vero demum poſt Inus interitum duxerit. cf. *Hygin.* fab. 1. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 22. Ceterum ſtatuam fuiſſe olim poſitam Phrixo, diſcimus e *Pauſ.* 1, 24. init. quo loco ſimul incertum eſſe dicit, cui deo arietem Phrixus immolauerit, probabiliter tamen eum immolatum fuiſſe τῷ Λαφυστίῳ καλουμένῳ παρὰ Ὀρχομενίοις (cf. *Schol. Apollon.* 2, 655.), h. e. Ioui Φυξίῳ, vt eſt ap. *Apollod.* 1, 9, 1. deo tutelari fugientium. v. *Schol. Apollon.* 4, 699. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 288. Λαφύστειν enim etiam idem eſſe quod σπεύδειν, *Heſychius* docet. Et haec quidem Laphyſtii Iouis appellatio videtur Orchomeniis inprimis vſitata fuiſſe, cum Theſſali magis vterentur nomine Phyxii, teſte *Schol. Apollon.* 2, 1151.

E Phrixi filiis duo commemorantur in Pherecydeis reliquiis, Argus et Melas.

Schol. Apollon. 1, 4. et ex eo *Phauorin.* in v. Ἀργώ· ὁ Ἀπολλώνιος καλεῖ τὴν Ἀργὼ, ἀπὸ Ἄργου τοῦ κατασκευάσαντος· Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Ἄργου τοῦ Φρίξου (*Phau.* Φρύξου) υἱοῦ.

Ille Argus, qui fabricauerat nauem Argo, videtur eſſe is, qui ab *Aſclepiade* vocabatur filius Areſtoris, a *Pherecyde* vero filius Inachi.

Apol-

Apollod. 2, 1, 3. Ἄργον τὸν πανόπτην Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει υἱόν· Φερεκύδης δὲ, Ἰνάχου· Κέρκωψ δὲ, Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός· Ἀκουσίλαος δὲ γηγενῆ αὐτὸν λέγει.

Hic transponenda esse Asclepiadis et Pherecydis nomina, et alii iam obseruarunt, et patebit ex iis quae iam dicturus sum. Quantopere autem de Argi genealogia dissentiant scriptores, dici vix potest. *Apollodorus* ipse §. 2. vocat eum Agenoris filium, quod potest vitium scripturae putari pro *Arestoris*. Iam Pherecydem audiamus.

Schol. Eurip. Phoenn. 1123. Φερεκύδης ἐπὶ τοῦ ἰνίου φησὶν αὐτὸν (Ἄργον) ἔχειν ὀφθαλμὸν, ἅμα δηλῶν ὅτι δύο ἐγένοντο Ἄργοι. γράφει δὲ οὕτως·

Ἄργος, ὁ Διὸς, γαμεῖ Πειθὼ, τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα. τοῦ δὲ γίνεται Κρίασος, τοῦ δὲ Ἐρευθαλίων [ἀφ' οὗ Ἐρευθαλία πόλις καλεῖται ἐν Ἄργει] καὶ Φόρβας. τοῦ δὲ γίνεται Ἀρέστωρ, τοῦ δὲ Ἄργος, ᾧ Ἥρα ὀφθαλμὸν τίθησιν ἐν τῷ ἰνίῳ, καὶ τὸν ὕπνον ἐξαιρεῖται, καὶ ὑφίσταται καὶ φύλακα αὐτὸν τῇ Ἰοῖ. ἔπειτα Ἑρμῆς αὐτὸν κτείνει.

Πειθὼ, Oceani et Thetyos filia, commemoratur etiam ab *Hesiodo* theog. 349. Sed an illa eadem sit cum Veneris comite, quae in numis reperitur, et quam *Hermesianax*, elegiacorum scriptor, ap. *Paus.* 9, 35. p. 781. in Gratiarum numero habebat, non ego definiuerim. Ap. *Schol. Eurip.* Orest. 1247. etiam Phoronei vxor dicitur Πειθώ. *Apollodorus* contra (2, 1, 2.) plane non eam agnoscit, sed Euadnen pro ea nominat, Strymonis et Neaerae filiam. Argus, qui terrae Argiuae nomen dedit, a *Pausania* 2, 16. init. dicitur Pho-

Phoronei e filia nepos. Sed eum putatum fuiſſe filium Iouis e Niobe, ſcimus ex eodem *Pauſ.* 2, 21. p. 169. et c. 34. p. 191. Cauſſa vero, cur *Apollodorus* dixerit, ab *Aſclepiade* Argum vocari filium Inachi, videtur inde eſſe repetenda, quod Niobe illa Argiua ab aliis ferebatur Phoronei mater, vxor Inachi. v. quos laudat *Heyn.* ad *Apollod.* p. 243. De Criaſo conſentit *Apollodorus* 2, 1, 2. Diuerſitatem aliquam attuli ad *Hellanic.* p. 48. vbi in *Schol. Eurip.* Oreſt. 930. manifeſtum eſt confundi Argum antiquiorem et recentiorem. De Ereuthalione et Ereuthalia nil mihi conſtat. Dubito enim, an ſit ille Ereuthalion, de quo *Homer.* Il. η, 136. ſqq. Phorbantem *Pauſanias* 2, 16. p. 145. non, vt Noſter, Criaſi filium vocat, ſed ipſius Argi. *Areſtor* non Phorbantis, ſed Ecbaſi filius dicitur a *Charace* ap. *Steph. Byz.* in v. Παῤῥάσια, Iaſi filius a *Schol. Eurip.* Oreſt. 1646. Poſſunt hae diuerſitates tribui ſcribentium vel pronunciantium erroribus. Quo eodem refero, quod ap. *Apollod.* l. l. non Areſtor, ſed Agenor, appellatur Iaſi filius. Ius hiſtoria vel ex *Apollodoro* (§. 3.) nota eſt. vbi Io, vt a *Pauſania*, dicitur Iaſi filia, quanquam hic quidem Iaſum ipſum patre vſum dicit Triopa. Hunc vero Argum *παυόπτην*, quem *Ouidius* quoque (metamm. 1, 624.) Areſtoridem vocat, *Tzetzes* ad *Lycophr.* 883. Ἔστορος (leg. Ἀρέστορος) ἢ Ἀλέκτορος filium, *Scaliger* ad *Catull.* epigr. LXV. diſtingui iubet ab Argo, filio Agenoris, et duo hos Argos male ab Ouidio confuſos eſſe dicit, ita vt nauis fabricator pro Areſtoris filio habendus ſit, Ius vero cuſtos pro Agenorida. Quae omnia quam infirmis argumentis nitantur, facile apparet cuique. Immo diſtinguendi videntur Argus *παυόπτης* et Argus filius Phrixi,

quan-

quanquam id non fecit *Apollodorus* 1, 9, 16. Hunc Argum, ſi *Apollodorum* ſequamur §. 1. peperit Phrixo Chalciope, Aeetae filia, de qua cf. fragm. XVII. Eodem nomine matrem Argi appellabat *Herodorus* ap. *Schol. Apollon.* 2, 1125. Sed *Acuſilaus* et *Heſiodus* ἐν ταῖς μεγάλαις ἠοίαις vocabant eam Ἰοφῶσσαν, ipſam quoque Aeetae filiam, teſte eodem Schol. l. l. Quod nomen ego quidem verius puto quam nomen Chalciopes.

Heſych: Ἰοφῶσσα· ἡ χάλκειος, ὡς φησι Φερεκύδης.

Fortaſſis enim Ἰοφῶσσα in Colchorum lingua idem erat quod χάλκειος, vnde Graeci deinde, quo forma nominis propius accederet ad nominis proprii formam, Χαλκιόπην eam vocarunt. Ipſe *Schol. Apollon.* 2, 390. ſequitur appellationem vulgarem.

Hunc igitur Argum cum diſerte Pherecydes a nauis exſtructore diſtinxerit, videtur tantum in numero Argonautarum poſuiſſe.

Alter Phrixi filius eſt Μέλας.

Schol. Pindar. Pyth. 4, 220. Ὑπερεία δὲ κρήνη ἐν ταῖς Φεραῖς. --- φασὶ δέ τινες, ἀπὸ Ὑπέρητος λαβεῖν αὐτὴν τοὔνομα, ὡς Φερεκύδης. φησὶ γὰρ οὕτω· Μέλας ὁ Φρίξου γαμεῖ Εὐρύκλειαν. τῶν δὲ γίνεται Ὑπέρης, ὃς ᾤκει ἐπὶ τῇ κρήνῃ τῇ ἀπ' αὐτοῦ κληθείσῃ Ὑπερείᾳ.

Pherae erat Theſſaliae oppidum in Pelasgiotidis finibus (v. *Strab.* 9, p. 436. A.), e quo Athenienſes, qui aeque ac Sicyonii Dianam Pheraeam colebant, ad ſe perlatum dicebant illius deae ſimulacrum.

lacrum. v. *Pauſ.* 2, 23. p. 164. In hoc igitur oppido erat illa κρήνη Ὑπερεία (v. *Strab.* p. 439. C.), quae diſtinguenda eſt ab Hyperia, Troezeniorum oppido, quod et ipſum ab Hyperete quodam nomen habere dicebatur, qui fuerit Neptuni et Alcyones Atlantidis filius. v. *Pauſ.* 2, 30. p. 182. Noſter Hyperes ferebatur Phrixi e Melane filio nepos, qui Melas etiam ab *Apollodoro* 1, 9, 1. et *Hygino* fab. 14. vocatur filius Phrixi e Chalciope, ſed ab *Acuſilao* et *Heſiodo* ex Iophoſſa, vt paullo ante vidimus. Apud *Schol. Apollon.* 1, 922. Melas pontus ſ. ſinus in Thracia, ad petram Sarpedoniam (v. *Strab.* 2, p. 92. D.), ab hoc Phrixi filio dicitur nomen accepiſſe. Quae fortaſſis ipſius Pherecydis erat traditio. Nam idem *Schol. Apollon.* 1, 211. habet haec:

περὶ δὲ τῆς Θρᾳκίας Σαρπηδονίας πέτρας, ὅτι πρὸς τῷ Αἵμῳ ὄρει ἐστὶ, Φερεκύδης φησὶ, περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἱστορῶν τῆς Ὠρειθυίας.

Orithyia erat Erechthei, qui Pandionem et Zeuxippen parentes habebat, e Praxithea filia. v. *Apollod.* 3, 14, 8. 3, 15, 1. Huius Orithyiae a Borea raptae valde crebra eſt mentio apud antiquos ſcriptores. *Simonides* v. c. ap. *Schol. Apollon.* l. l. *ἀπὸ Βριλισσοῦ φησὶν ἁρπαγεῖσαν, ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι. ἔστι γὰρ καὶ τῆς Κιλικίας ὁμώνυμος, ὡς Καλλισθένης.* In his legendum eſſe Ἰλισσοῦ, multi aliorum veterum loci demonſtrant. Satis enim conſtat, Iliſſum fuiſſe Atticae fluuium, prope ipſam vrbem. Ap. *Pauſ.* tamen (1, 19. p. 45.), vbi haec ipſa hiſtoria narratur, ſcribitur Εἰλισσός. Ludentem Orithyiam raptam fuiſſe plerique dicunt. (v. *Heyn.* ad *Apollod.*

lod. p. 854.) *Choerilus* tamen ap. *Schol. Apollon.* l. l. ἄνθη ἀμέλγουσαν ὑπὸ τὰς τοῦ Κηφισσοῦ πηγάς. vbi an fortaſſis reponendum ſit Ἰλισσοῦ, non definiam. Cephiſſus ſane fuit ipſe quoque Atticae fluuius, ſed Athenis ab Occidente, vt Iliſſus ab Oriente (v. *Strab.* 9, p. 400. A.), omninoque horum nominum iſta inter ſe confuſio videtur ſolemnis eſſe. v. *Brunck* appendix notarum in *Apollon. Rhod.* 1, 215. Iliſſus et aliis diis ſacer putabatur, et in ripis habebat Muſarum Iliſſiadum aram, teſte *Pauſ.* l. l. Raptus ille ab artificibus quoque celebrabatur. In arca Cypſeli, teſte *Pauſ.* 5, 19. init. Βορέας ἐστὶν ἥρπακὼς Ὠρείθυιαν. οὗραι δὲ ὄφεων ἀντὶ ποδῶν εἰσὶν αὐτῷ. Nonnulli item explicatione ſtuduerunt probabiliorem efficere fabulam. *Hegeſagoras* ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς ap. *Schol. Apollon.* l. l. non ventum fuiſſe putabat hunc Boream, ſed virum, Strymonis filium. E qua ratione melius certe ſibi conſtare videntur, quae de filiis Zete et Calai, e Borea et Orithyia natis, de quibus v. fragm. XX. narrantur. Socrates contra (ap. *Platon.* Phaedr. T. III. p. 229. C.), rogatus a Phaedro, num hoc μυθολόγημα verum eſſe crederet, reſpondet: ἀλλ' εἰ ἀπιστοίην, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην· εἶτα σοφιζόμενος φαίην αὐτὴν πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν σὺν Φαρμακείᾳ παίζουσαν ὦσαι· καὶ οὕτω δὴ τελευτήσασαν, λεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι, ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου. (qui erat locus editus. v. quos laudaui ad *Hellanic.* p. 56.) λέγεται γὰρ αὖ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἐκεῖθεν ἀλλ' οὐκ ἐνθένδε ἥρπάσθη. ἐγὼ δὲ ἄλλως μὲν τὰ τοιαῦτα χαρίεντα ἡγοῦμαι, — ἐμοὶ δὲ πρὸς ταῦτα οὐδαμῶς ἐστι σχολή. In praecedentibus etiam βωμὸς Βορέου commemoratur.

XXXXI.

XXXXI.

Schol. Homer. Il. ζ, 153. Διὸς τὴν Ἀσωποῦ θυγατέρα Αἴγιναν ἀπὸ Φλιοῦντος εἰς Οἰνώνην διὰ τῆς Κορίνθου μεταβιβάσαντος, Σίσυφος ζητοῦντι τῷ Ἀσωπῷ τὴν ἁρπαγὴν ἐπιδεικνύει. (*Villoiſ.* V. C. edidit τὴν ἁρπ. ἐπιδείκνυται τέχνῃ) καὶ διὰ τοῦτο ἐπεσπάσατο εἰς ὀργὴν καθ' ἑαυτοῦ τὸν Δία. ἐπιπέμπει οὖν αὐτῷ τὸν Θάνατον. τοῦτον δὲ κρατεροῖς δεσμοῖς δήσαντος τοῦ Σισύφου, συνέβαινεν οὐδένα ἀποθνήσκειν, ἕως λύει τὸν Θάνατον ὁ Ἄρης, καὶ αὐτῷ τὸν Σίσυφον παραδίδωσιν. ὁ δὲ πρὶν ἢ ἀποθανεῖν (*Villoiſ.* Θάνατον. ὁ δὲ Σίσυφος αἰσθόμενος τὴν ἔφοδον, δεσμοῖς κρατεροῖς ἀποδεσμοῖ τὸν Θάνατον. διὰ τοῦτο οὖν συνέβ. οὐδ. τῶν ἀνθρώπων ἀποθν. ἕως ἂν αὐτὸν Ἅδης τῷ Θανάτῳ παρέδωκε, καὶ τὸν Θάνατον τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε· πρινεὶ δὲ ἀποθανεῖν τὸν Σίσυφον, ἐντέλ.) ἐντέλλεται τῇ γυναικὶ Μερόπῃ, τὰ νενομισμένα αὐτῷ (*Villoiſ.* αὐτὴν) πέμπειν εἰς Ἅδου. καὶ μετὰ τὸν χρόνον (*Villoiſ.* μετὰ χρόνον) οὐκ ἀποδιδούσης τῷ Σισύφῳ τῆς γυναικὸς, ὁ Ἅδης πυθόμενος, μεθίησιν (*Villoiſ.* μεθίστητιν) αὐτὸν, ὡς τῇ γυναικὶ μεμψόμενον. (*Villoiſ.* male πεμψόμενον.) ὁ δὲ εἰς Κόρινθον ἀφικόμενος, οὐκ ἔτι ὀπίσω ἄγει. καὶ (*Villoiſ.* πρὶν ἢ) γηραιὸν αὐτὸν ἀποθανόντα κυλινδεῖν ἠνάγκασεν εἰς Ἅδου λίθον, πρὸς τὸ μὴ πάλιν ἀποδρᾶναι. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. (*Villoiſ.* Φερεκύδει.)

De Aſopo eiusque filia Aegina dixi ad *Hellanic.* p. 50. ſq. vbi addere debebam, *Pythaenetum* ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητῶν ap. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 175. tradidiſſe haec: ἡ Αἴγινα (inſula) πρότερον Οἰνώνη ἐλέγετο, ἀπὸ Οἰνώνης, τῆς Βουδίωνος θυγατρός. (*Villoiſ.* male edidit εἰς Βιώνην.) De Siſyphi nomine *Euſtathius* ad Odyſſ. λ, p. 1702, 1. ita ſtatu-

ſtatuit: Δωρικὸν ἅμα καὶ Αἰολικὸν ὄνομα τὸ Σίσυφος. σιοὺς μὲν γὰρ οἱ Δωριεῖς (Lacedaemones maxime) φασὶ τοὺς θεούς. --- σύφος δὲ, ὁ σοφὸς παρὰ Αἰολεῦσιν. ὅθεν Σίσυφος, ὁ θεόσοφος. καὶ εἰκὸς Κορινθίων διαλέκτου εἶναι τὴν λέξιν, παρ' οἷς δωρίζουσιν ἦρχεν ὁ Σίσυφος. Fuit enim Aeoli filius, et condidit Corinthum. (v. *Apollod.* 1, 9, 3.) *Eumelus* ap. *Pauſ.* 2, 3. extr. tradit, Medeam Siſypho regnum tradidiſſe. Sed haec ſententia cum ſententia Apollodori facile ita poteſt conciliari, vt non prima Corinthi initia poſuiſſe dicatur Siſyphus, ſed eam magis amplificaſſe et exornaſſe. Saltem *Eumelo* videatur magis credi poſſe ideo, quia ille in ſuis carminibus diligentiſſime tractauerat res Corinthiacas, quod colligo e *Pauſ.* 2, 2. init. vbi etiam commemoratur fama, Siſyphum ſepultum eſſe in Iſthmo, ſed ſepulcrum eius nec aequalibus eius multis notum fuiſſe. Ex his intelligitur, cur Siſyphus potiſſimum prodiderit raptum Aeginae. Ferebatur enim illa ab Ioue per Corinthum, cui Siſyphus imperabat. Sed videtur quoque inde explicari poſſe origo fabulae de poena Siſyphi apud inferos. Quia enim paucis notum erat eius ſepulcrum, facile fuit fingere, eum nunquam ſepultum ſed in Tartarum detruſum eſſe. Ceterum Siſyphum ab Aſopo mercedem proditionis poſtulaſſe et impetraſſe illum fontem, qui erat in ipſa Acrocorintho, e vulgari fama narrat *Pauſ.* 2, 5. init. E quo facto non minus quam ex ante allatis cognoſci quodammodo eius verſutia poteſt, de qua vid. *Euſtath.* l. l. p. 1701, 58. qui etiam ſequentia huc trahit. De Merope vid. *Hellanic.* fragm. XXIIII. et *Apollod.* 3, 10, 1. τὰ νενομισμένα videntur eſſe inferiae, h. e. ſacrificia quae diis Manibus inferebant, *Feſto* interprete, quaeque maxime conſta-

bant aqua, vino, lacte, ſanguine, vnguento. ἠνάγκασεν, np. ὁ Ἅιδης vel Ζεύς. εἰς Ἅιδου, quod ſtatim ſequitur poſt ἠνάγκ. poſitum eſt pro ἐν Ἅιδου, quod legitur in edit. *Villoiſ.* Poenam enim luebat apud inferos, (v. *Homer.* Odyſſ. λ, 592-99. *Ouid.* metamm. 4, 459.) etiam picturis celebratam poſthac, auctore *Pauſ.* 10, 31. p. 876. εἰς autem ſaepe poni pro ἐν, tralatitium eſt. v. *Sylburg* ad *Pauſan.* p. 932. et *Kuhn.* index ad Aelian. V. H. in v. εἰς. Ita quoque in hac ipſa formula legitur infr. fragm. LXXIII. Ceterum Aegina illa Actori peperit Menoetium, patrem Patrocli, qui Patroclus ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθεὶς interfecit filium Amphidamantis. v. *Homer.* Il. ψ, 87. ſq. Nomen interfecti ab *Hellanico* p. 126. effertur Κληιώνυμος, ſed paullo aliter a Pherecyde.

Schol. Hom. ed. *Villoiſ.* ad l. l. τοῦτον Κλεισώνυμον Φερεκύδης ἱστορεῖ.

XXXXII.

Schol. Pindar. Pyth. 4, 133. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. ἔθυε τῷ Ποσειδῶνι, φησὶν, ὁ Πελίας, καὶ προεῖπε πᾶσι παρεῖναι. οἱ δὲ ἦσαν οἵ τε ἄλλοι πολῖται, καὶ ὁ Ἰάσων· ἔτυχε δὲ ἀροτρεύων ἐγγὺς τοῦ Ἀναύρου ποταμοῦ. ἀσάνδαλος δὲ διέβαινε τὸν ποταμόν· διαβὰς δὲ, τὸν μὲν δεξιὸν ὑποδεῖται πόδα· τὸν δὲ ἀριστερὸν, ἐπιλήθεται. καὶ ἔρχεται οὕτως ἐπὶ δεῖπνον. ἰδὼν δὲ ὁ Πελίας, συμβάλλει τὸ μαντῆϊον. καὶ τότε μὲν ἡσύχασε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ μεταπεμψάμενος ἤρετο ὅ τι ποιοίη, εἰ αὐτῷ χρησθείη ὑπό του τῶν πολιτῶν ἀποθανεῖν. ὁ δὲ Ἰάσων, πέμψας ἂν εἰς Αἶαν αὐτὸν, ἐπὶ τὸ κῶας τὸ χρυσόμαλον, ἄξοντα ἂν ἀπὸ Λιήτου. ταῦτα δὲ τῷ Ἰάσονι Ἥρη ἐς νόον βάλλει, ὡς ἔλθοι ἡ Μήδεια τῷ Πελίᾳ κακόν.

κακόν. ὅτι δὲ ἐκ τοῦ Ἀναύρου ποταμοῦ μόγις τὸ πέδιλον ἔσωσεν, ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλώνιος (1, 7.).

Scilicet Pelias a fratre Aeſone, Iolci rege, morituro regnum acceperat, ea quidem conditione, vt regnum Iaſoni, Aeſonis filio, donec adoleuiſſet, adminiſtraret. (v. *Schol. Hom.* Odyſſ. μ, 70. ſupra ad fragm. XXXIII.) Propoſitam Pherecydis narrationem fere plane ſecutus eſt *Apollodorus* 1, 9, 16. Ἄναυρος videtur eſſe nomen fluuii proprium, etſi *Schol. Apollon.* 1, 9. pro appellatiuo accepit, quod χείμαῤῥον ſignificet, quo ſenſu eſt apud *Lycophr.* 1424. vbi *Tzetzes*, ἄναυρος, inquit, κυρίως ὁ ἐν χειμῶνι ῥέων ποταμός. vid. omnino *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. 101. Cauſſa vel occaſio, qua factum ſit, vt in vadando fluuio alterutrum ſoccum perderet, ab aliis, vt ab *Hygino* fab. 13. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 175. traditur haec: voluiſſe eum ſacrificiis anniuerſarii intereſſe, quae Pelias in honorem Neptuni celebraret. Cumque iam in eo eſſet, vt per fluuium Euenum tranſiret, Iunonem, vetulae forma aſſumta, ab eo petiiſſe, vt ipſam traduceret. Iaſonem igitur humeris eam impoſitam transtuliſſe, ita vt crepidam in luto defixam extrahere non potuerit. Sed quanquam hic traditur fluuii nomen proprium Euenus, tamen ex hac ipſa cauſſa recentiorem aetatem ſapere haec hiſtoriola mihi videtur. Euenus enim erat Aetoliae fluuius, quem Iolcum in Theſſalia ituris traiicere plane non neceſſarium erat. Oraculum illud, quod Peliae datum fuerat, iuſſerat eum τὸν μονοσάνδαλον φυλάξασθαι, vt verbis *Apollodori* vtar. Poſt verba: ὁ δὲ Ἰάσων, intelligi debet verbum εἶπε, vel ſimile. Αἶα, inquit *Schol. Apollon.* 2, 419. πόλις τῆς Κολχίδος. αὕτη ἐπ' ἐσχά-

ἐσχάτοις κεῖται τῆς οἰκουμένης. ἄλλοι δὲ τὴν γῆν τῆς Κολχίδος ἰδίως αἶαν καλεῖσθαι λέγουσιν. np. quia αἶα apud poetas ponitur pro γαῖα. Pertinet huc locus *Eurip.* Med. 2. Κόλχων ἐς αἶαν, vbi v. Schol. Ex *Apollon. Rhod.* 2, 423. ſq. et 1096. ſq. colligi poteſt, hanc vrbem ad mare ſitam fuiſſe. Erant autem Colchi Aegyptiorum colonia, teſte *Herodoto* 2, 104. ſq. et *Scymno* ap. *Schol. Apollon.* 4, 277. τὸ κῶας τὸ χρυσόμαλον (leg. χρυσόμαλλον) ab *Apollonio* (1, 4. 4, 1142.) et *Theocrito* (idyll. 13, 16.) dicitur χρύσειον κῶας, ab *Euripide* Med. 5. τὸ παγχρυσον δέρας, ab *Apollodoro* l. l. τὸ χρυσόμαλλον δέρας, ab *Apollonio* 4, 1319. etc. χρύσειον δέρας. Sed *Acuſilaus* ap. *Schol. Apollon.* 4, 1142. πορφυρευθῆναι dicit ἀπὸ τῆς θαλάσσης. ταῦτα δὲ τῷ Ἰάσονι --- βάλλει. Haec dubitanter tantum dicit *Apollodorus.* Ceterum et haec et ſequentia verba: ὡς ἔλθοι --- κακὸν, videri poſſunt ex aliquo poeta deſumta. Sed fortaſſis pro ipſis verbis Pherecydis habenda ſunt, cuius ratio ſcribendi non longe abfuiſſe videtur a poetica ratione. Malum illud, quod Medea allatura erat Peliae, erat in eo, quod illa per Iaſonem e Colchide in Theſſaliam adducta Peliam mala fraude interfecit. v. *Apollod.* 1, 9, 27. et quos ibi laudat *Heyn.* p. 228. Add. *Schol. Eurip.* Med. 9.

XXXXIII.

Schol. Apollon. 1, 1290. Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ φησὶν ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος. τούτῳ καὶ Ποσειδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος ἠκολούθησε καὶ Φερεκύδης.

Apol-

Apollod. 1, 9, 19. Φερεκύδης αὐτὸν (Herculem, qui erat in Argonautis) ἐν Ἀφέταις τῆς Θεσσαλίας ἀπολειφθῆναί λέγει, τῆς Ἀργοῦς φθεγξαμένης, μὴ δύνασθαι φέρειν τὸ τούτου βάρος.

Cum Pherecyde conſentientem *Antimachi* locum non praetermiſit Clar. *Schellenberg* in collectione reliquiarum Antimachi Colophonii (Hal. 1786. 8.) p. 84. ſq. qui etiam bene et apte nobis in mentem reuocat vulgarem illam temporis antiquioris opinionem de deorum et heroum maiori pondere, laudatis eam in rem locis *Homer.* Il. ε, 838. ſq. et *Statii* Theb. 5, 401. De Aphetis dixi ad *Hellanic.* fragm. CXXII. Argo nauis etiam alia occaſione dicitur φθέγξασθαι. v. *Apollod.* 1, 9, 24.

XXXXIIII.

Schol. Apollon. 1, 139. ὁ Ἴδμων, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, παῖς ἦν Ἀστερίας τῆς Κορώνου καὶ Ἀπόλλωνος, οὗ καὶ Λαοδόης, Θέστωρ· τοῦ δὲ Κάλχας. ἀνῃρεῖται δὲ Ἴδμων ἐν Μαριανδυνίᾳ ὑπὸ κάπρου.

Idmon iſte, qui fuit in Argonautis et vates, etiam ab *Apollodoro* 1, 9, 23. dicitur occiſus a capro. De eius parentibus et arte vaticinandi vid. *Burman.* catalog. Argonaut. Add. *Schol. Apollon.* 2, 817. vbi Abantis filius vocatur. Calchas --- nam de Corono non admodum eſt quod poſt *Burmannum* dicatur --- notus eſt eo, quod ſine Achille Troiam negauit capi poſſe. v. *Apollod.* 3, 13, 8. Habitabat ille Megaris ante bellum Troianum (v. *Pauſ.* 1, 43.). Sed Agamemnonis perſuaſione factum eſt, vt Graecos ſequeretur in expeditionem illam Troianam, quos ipſe rexit ſua ſapientia. v. *Homer.* Il. α, 69. ſqq. vbi vocatur Θεστορίδης.

Theſtor autem vocatur Apollinis ex Aglaia filius ap. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 427. Exciſo Ilio Calchas terreſtri itinere in Graeciam rediit cum aliis multis, inprimis cum Pamphyliis, qui Erythris manſerunt. v. *Pauſ.* 7, 3. p. 529. In illo itinere prope Colophonem incidit in Mopſum, Apollinis et Mantus filium, vatem aeque clarum, de cuius fato v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 440. et cum eo certauit artis vaticinandi peritia, victusque mortuus eſt prae moerore.

Strabo 14, p. 643. A. Φερεκύδης φησὶν ὗν προβαλεῖν ἔγκυον τὸν Χάλχαντα, καὶ ἐρωτῆσαι πόσους ἔχει χοίρους· τὸν (Mopſum) δ' εἰπεῖν, ὅτι τρεῖς, ὧν ἕνα θῆλυν· αἰληθεύσαντος δ' ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης.

Eadem leguntur in chreſtomathia e Strabone ap. *Hudſon.* in ſcriptorib. geographiae minorib. Vol. II. p. 186. Sed ſcribitur ibi σῦν pro ὗν, et verba ὑπὸ λύπης omiſſa ſunt.

XXXXV.

Schol. Eurip. Med. argument. Φερεκύδης καὶ Σιμωνίδης φασὶν, ὡς ἡ Μήδεια ἀνεψήσασα τὸν Ἰάσονα νέον ποιήσειε.

Schol. Ariſtoph. equitt. 1318. ἡ Μήδεια λέγεται, ὡς μὲν Αἰσχύλος ἱστορεῖ, τὰς τροφοὺς τοῦ Διονύσου ἀφεψήσασα ἀνανεάσαι ποιῆσαι μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν· ὡς δ' ὁ τοὺς Νόστους ποιήσας, καὶ τὸν Αἴσονα, --- Φερεκύδης δὲ καὶ Σιμωνίδης τὸν Ἰάσονα.

Aeſonem, patrem Iaſonis, qui vt Peliae inſidias effugeret, ipſe ſe interfecerat. (v. *Apollod.* 1, 9, 27.

9, 27.), per Medeae artes iterum iuuenem factum eſſe, narrat etiam *Ouidius* metamm. 7, 162. ſqq. qui tamen morti tantum propinquum, ſed nondum mortuum fuiſſe auctor eſt. Eodem modo dii Pelopem, a patre ipſis epulandum appoſitum, ἀφεψῶσιν ἐν λέβητι βαλόντες, καὶ ὑγιῆ καὶ ἀκέραιον ἀποκαθιστῶσιν, quae ſunt verba *Tzetzis* ad *Lycophr.* 152. De Iaſone Medeam promiſiſſe tantum dicit *Apollodorus* l. l.

Ab Aeſone illo nomen accepiſſe legitur quoddam Theſſaliae oppidum.

Schol. Apollon. 1, 411. Αἴσωνις πόλις τῆς Μαγνησίας, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρος φησὶ καὶ Φερεκύδης.

Paullo aliter *Steph. Byz.* Αἴσων, πόλις Θεσσαλίας. --- καὶ Φερεκύδης τὴν πόλιν Αἰσωνίαν φησί.

De pluribus Magneſiis vid. ad *Hellanic.* p. 143.

XXXXVI.

Schol. Homer. Odyſſ. φ, 23. Ἴφιτος, Εὐρύτου μὲν παῖς, Οἰχαλιεὺς δὲ τὸ γένος, ἀπολομένων αὐτῷ τῶν ἵππων, περιήει τὰς πέριξ ἐρευνῶν πόλεις, εἴ που φανεῖεν. Πολυίδου δὲ τοῦ μάντεως εἰπόντος αὐτῷ μὴ παραγίνεσθαι εἰς Τίρυνθα χάριν ζητήσεως· οὐ γὰρ εἶναι συμφέρον· λέγεται παρακούσαντα παραγενέσθαι. τὸν δὲ Ἡρακλέα μηχανῇ τινι καὶ στρατηγίᾳ συνεφελκυσάμενον αὐτὸν ἄγειν εἰς ἐπίκρημνον τεῖχος. καὶ καταστρέψαι διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἔγκλημα, καὶ τὸν πατέρα, ὅτι τελευτήσαντι αὐτῷ τὸν ἆθλον, τὴν Ἰόλην γαμεῖν οὐκ ἔδωκαν, ἀλλ' ἀτιμάσαντες ἀπέπεμψαν. λέγεται δὲ ὡς ἀγανακτήσας ὁ Ζεὺς ἐπὶ τῇ ξενοκτονίᾳ, προσέταξεν Ἑρμῇ

λαβόντα τὸν Ἡρακλέα πωλῆσαι δίκην τοῦ φόνου. τὸν δὲ εἰς Λυδίαν ἀγαγόντα τῇ τῶν τόπων βασιλευούσῃ Ὀμφάλῃ δοῦναι τριῶν τιμηθέντα ταλάντων. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Eurytus, pater Iphiti, diſtinguendus eſt ab Euryto Actoris filio, de quo fragm. XXXXVII. et ab alio, de quo fragm. III. it. a gigante ap. *Apollod* 1, 6, 2. Noſter fuit rex Oechaliae, non illius oppidi, quod in Meſſenia erat, et poſthac dictum eſt Carnaſium vel Καρνάσιον ἄλσος. v. *Pauſ.* 4, 2. p. 283. et c. 33. p. 362. Etſi enim, vt priori loco legitur, Pauſaniae aetate in illo loco, vbi olim Oechalia fuerat, ſupererat vicus quidam pene deſertus, Eurytion dictus: tamen haec appellatio non a noſtro Euryto deriuanda eſt, ſed ab alio, Melanei filio, a cuius vxore hoc oppidum antea Oechaliae nomen acceperat. v. *Pauſ.* 4, 3. extr. Porro neque Oechaliam Theſſaliae poſſumus intelligere cum *Euſtathio* ad *Homer.* l. l. p. 1899, 35. qui prouocat ad Il. β, 729. ſq. qui locus affertur a *Schol. Apollon.* 1, 87. ideo, vt oſtendat, Oechaliam poſitam fuiſſe ab Homero in Pelasgico Argo. cf. *Strab.* 8, p. 339.

Sed illa Oechalia intelligenda eſt, quam *Hecataeus Mileſius* ap. *Pauſ.* 4, 2. p. 283. dixerat eſſe partem Eretriae, h. e. Eretriae, vrbi Euboeae, vicinam. Huius ſententiae veritas cognoſci poteſt e locis *Apollodori* 2, 6, 2. 2, 7, 7. et multo magis e *Tzetzae* loco ad *Lycophr.* 50. Eurytus, qui hic commemoratur, poteſt idem eſſe videri qui ille ap. *Homer.* Odyſſ. ϑ, 224. vbi eius peritia iaculandi laudatur; poteſtque hoc eo verius putari, quia cum Hercule ibi iungitur. Herculem autem

in

in arte iaculandi magiſtro vſum eſſe Euryto aliquo, tradunt *Theocritus* idyll. 24, 105. ſq. et *Apollod.* 2, 4, 9. quanquam alii hoc tribuunt cuidam Goryto, filio Teutari, alii Rhadamantho. v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 458. Sed tamen an Eurytus noſter non diuerſus ſit ab Euryto Herculis praeceptore, valde dubito propterea, quoniam apud *Homerum* dicitur ab Apolline, quem ad certamen in iaculando prouocauerat, interfectus fuiſſe. Qua fictione nil niſi repentinum genus mortis indicari putat *Euſtathius* p. 1593, 26. qui ſimul animaduertit, ab *Homero* tam caedem Euryti per Herculem factam ignorari, cuius praeter alios meminit *Scythinus Teius* ap. *Athenae.* 11, p. 461. extr. quam Iolen filiam. E quo ipſo videtur apparere horum Eurytorum diuerſitas. Pater noſtri Euryti ignotus eſt. Matrem et reliquos, praeter Iphitum, filios cognoſcere licet e loco *Heſiod.* ap. *Schol. Sophocl.* Trachin. 266.

Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη
Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Δηΐων, Κλύτιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος ἠδ' Ἶφιτος ὄζος Ἄρηος.
Τούσδε μεθ' ὁπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόχη κρείουσα παλαιὸν γένος Ναυολίδαο.

In quo loco *Bentleius* epiſt. ad Mill. p. 503. ed. Lipſ. pro Ἀντιόχη reſcribi iubet Ἀντιόπη, propter locum *Schol. Apollon.* 1, 87. Verba παλαιὸν γένος *Hygini* auctoritate mutat in Πύλωνος, vt Antiopes pater fuerit Pylon. Denique pro Ναυολίδαο vel Αὐβολίδαο legit Ναυβολίδαο, laudato eam in rem *Apollonii* loco 1, 134. Recte. Poterat ipſum Homerum laudare Il. β, 518. cf. *Weſſeling.* ad *Diodor.*

dor. Sic. 4, 37. Iphitum equas duodecim amiſſas quaeſiuiſſe, narrat *Homer.* Odyſſ. φ, 22. ſq. Pro περιήει vulgo male legitur περιῆ. Πολυΐδος erat Coerani filius, vates ſatis nobilis. v. *Homer.* Il. ν, 666. et *Apollod.* 3, 3, 1. quos tamen de diuerſis Polyidis agere ſtatuit *Caſaub.* ad *Athenae.* 11, 1. p. 773, 34. cf. quos laudat *Heyn.* ad *Apollod.* p. 545. ſq.

Coeranus autem fuit filius Abantis, nepos Melampodis, teſte *Pauſ.* 1, 43. p. 104. Ad ſequentia cf. *Apollod.* 2, 6, 2, ſq. qui inſaniae Herculis tribuit Iphiti caedem. *Scythinus* vero l. l. hanc dicit eius cauſſam fuiſſe, quod Eurytus et Iphitus vectigalia exegiſſent ab Euboeenſibus. Certe ſic explicauit non ſolum *Athenaei* interpres, ſed etiam *Burmannus* in catal. argonaut. in v. Eurytus. Quid vero ſi verba: Ἡρακλῆς λαβὼν Εὔρυτον καὶ τὸν υἱὸν (np. non Iphitum, ſed alium. Fortaſſis enim *Scythinus* duo tantum filios Euryto tribuebat. Certe idem fecit *Creophylus* ap. *Schol. Sophocl.* l. l.) ἔκτεινε φόρους πρήσσοντας παῤ Εὐβοέων, ſi verba haec, inquam, non de cauſſa caedis, ſed de tempore accipiamus? Tum ſane nouum argumentum haberemus ſententiae illi, quae ſtatuit, Oechaliam Euboeae eſſe intelligendam. Ex hac ſimul explicari poteſt repugnantia, quae, ſi Theſſaliae tribueremus Oechaliam, neceſſario exiſteret inter hunc Pherecydis locum, a quo non admodum diſſentit *Homer.* Od. φ, 27. qui ipſe quoque Iphitum ab Hercule dicit occiſum eſſe ὥ ἐνὶ οἴκῳ, h. e. Tirynthe. cf. *Diod. Sic.* 4, 31. et inter alium, quem ex eodem Pherecyde affert *Schol. Sophocl.* Trach. 354.

Φερε-

Φερεκύδης φησὶν οὕτω· μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρκεσιλάου εἰς τὴν Οἰχαλίαν. ὠκεῖτο δὲ αὕτη ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας, καὶ ἦτει τὴν θυγατέρα Ὕλλῳ γυναῖκα. τοῦ δὲ μὴ διδόντος, Ἡρακλῆς εἶλε τὴν Οἰχαλίαν, καὶ τοὺς υἱοὺς ἀπέκτεινεν. Ἶφιτος δὲ ἔφυγεν εἰς Εὔβοιαν.

Melas hic alius eſt, quam quem vidimus fragm. XXXX. alius etiam quam Licymnii filius, qui ap. *Apollod.* 2, 7, 7. dicitur Herculis ſocius fuiſſe in oppugnando Euryto, rege Oechaliae in Euboea, ſed in pugna cecidiſſe. Arceſilaus quis fuerit, non facile dixerim. *Hygimus* fab. 97. in iis, qui ad Troiam expugnandam profecti ſunt, habet Arceſilaum aliquem, Lyci et Theobulae filium, ex Boeotia. Ap. *Diod. Sic.* 4, 67. Arceſilaus eſt Archilyci filius, atque adeo nepos Itoni, Boeoti pronepos, qui idem eſt cum *Hygini* Arceſilao. Alius Arceſilaus a Telegoniae ſcriptore ap. *Euſtath.* ad *Od.* π, p. 1796, 49. dicebatur filius Vlyſſis et Penelopes, atque adeo frater Telemachi. Illud vero recte mihi videor affirmare poſſe, Eurytum hunc diuerſum fuiſſe ab Euryto paullo ante allato. Neque enim ſibi, ſed filio Hyllo, Hercules vxorem petit filiam Euryti. Iam etſi *Apollod.* l. l. dicit, Herculem capta Oechalia Iolen dediſſe Hyllo, vix tamen dubito quin ille Euryti Euboici filiam, cuius nomen vidimus Iolen fuiſſe, confuderit cum huius Arcadici Euryti filia, quae quo nomine vſa ſit, ignoramus. Hunc ſaltem Eurytum diſtinguendum eſſe ab Euboeenſi, patet etiam ex eo, quod filium eius Iphitum Pherecydes non interfectum fuiſſe dicit ab Hercule, ſed in Euboeam confugiſſe. Fortaſſis igitur cognati erant hi Euryti; cumque Arcadici

dici Euryti filius fugiens exceptus fuisset ab Eurytо Euboeensi, potuit haec caussa accedere, cur eius interitum Hercules acceleraret, quem iam antea perdere constituisset ob negatam sibi Iolen. Ita quidem ego conciliandas existimaui diuersas de his Eurytis traditiones. Qui meliora nouit, is tradat quaeso. Ego haereo.

De Θούλῃ in Arcadia sita nihil mihi constat. Nec magis indicare possum, quisnam intelligatur ἀγὼν, quo finito haec fecerit Hercules: nisi quod suspicor, huius quoque obscuritatis caussam esse in Eurytorum confusione. Nam Oechaliam Euboeae petit Hercules μετὰ τοὺς ἄθλους, atque adeo post raptum ex inferis Cerberum. v. *Apollod.* 2, 5, extr. 2, 6, 1. Quae deinde narrantur in loco Pherecydis priore, Herculem ob ξενοκτονίαν ab Ioue vendi iussum fuisse, ea pertinere arbitror ad Iphitum Euboeensem, cuius patrem non simul interfecerat Hercules, quod postea demum factum videtur, cum contra alterum Eurytum plane non, sed tantum filios eius praeter Iphitum, interemerit. Omphale, quod notum est, fuit regina Lydorum, et ab *Apollod.* 2, 6, 3. Iardani filia vocatur. Post seruitium Omphalae praestitum Hercules expeditionem Troianam suscepit, qua absoluta quid acciderit Herculi, quidque ipse egerit, narrauerat Pherecydes, auctore *Schol. Homer.* ed. *Villoiſ.* Il. ξ, 255. Verba sunt: Ἡρακλῆς ἀνακομιζόμενος μετὰ τὸ πορθῆσαι Τροίαν, γενόμενος κατὰ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, βουλήσει Ἥρας σφοδρῶ συνεσχέθη χειμῶνι· καταφερεὶς δὲ εἰς Κῶ τὴν Μεροπίδα, ἐκωλύθη ἐπιβῆναι τῆς νήσου ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Ποσειδῶνος, βασιλεύοντος αὐτῆς. βιασάμενος δὲ, καὶ ὡς λῃστὴς ἐπιβὰς, ἀνεῖλε τὸν Εὐρύπυλον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ.

μιγεὶς

μιγεὶς δὲ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ Χαλκιόπῃ, Θεσσαλὸν ἐγέννησε. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.

Haec omnia legebantur iam in Scholiis ante Villoiſonum editis, ſed omiſſis verbis poſtremis: ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει, et praeterea aliis paullulum mutatis. Nam poſt γενόμενος vulgo additur τε, deinde legitur συνεσχέθη ἀνέμῳ. καταφυρθεὶς τε εἰς Κῶν, denique ante Εὐρύπυλον inſertum extat τε. Eademque hiſtoria traditur ab *Apollod.* 2, 7, 1. *Schol.* Hom. Il. α, 590. aliisque. v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 448. Eurypylus Cous non confundendus eſt cum aliis Eurypylis, v. c. Euaemonis filio ap. Homer. Il. η, 167. Herculem e Chalciope, Eurypyli Coi filia, Theſſalum genuiſſe, confirmat ipſe Homerus Il. β, 679. cf. *Apollod.* 2, 7, 8. Haec ipſa autem Chalciope diuerſa eſt ab illa Chalciope, quae Medeae ſoror fuit, Aeetae filia, de qua v. fr. XVII. et XXXX. Omnino vid. *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Del. 161.

XXXXVII.

Schol. Homer. Il. λ, 708. Κτέατος καὶ Εὐρυτος παῖδες μὲν ἦσαν Ποσειδῶνος καὶ Μολιόνης τοῦ Μέλου, ἐπίκλησιν δὲ Ἀκτορος. οὗτοι παρηλλαγμένην φύσιν τῶν λοιπῶν ἔσχον ἀνθρώπων. διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλὰς, τέσσαρας δὲ χεῖρας (Pro his verbis V. C. *Villoiſ.* mutile edidit tantum καὶ), πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα. διὰ τοῦτο τοὺς πολεμικοὺς (*Villoiſ.* πολεμίους) καὶ γυμνικοὺς ἐνίκων ἀγῶνας. Ἡρακλῆς δὲ πολεμῶν, καὶ μὴ δυνάμενος κατὰ τοὐμφανὲς αὐτῶν περιγενέσθαι, συμμαχοῦντος Αὐγέου (Haec duo verba poſtrema non ſunt in edit. *Villoiſ.*) λοχήσας ἀνεῖλεν αὐτοὺς, καὶ οὕτως

οὕτως ἐπόρθησε τὴν Ἦλιν. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. (*Villoiſ.* Φερεκύδει.)

Cteatum et Eurytum putatos fuiſſe Actoris filios, cum conſenſu tradunt ſcriptores, v. c. *Apollodorus* 2, 7, 2. cui etiam de eo conuenit cum noſtro, quod reuera pater eorum Neptunus fuerit, vnde Cteatus a *Pindaro* Ol. 10, 32. dicitur Ποσειδάνιος. v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 450. ſq. Actor hic a *Pauſ.* 5, 1. extr. vocatur filius Phorbantis, qui Lapitham patrem habebat, et Hyrmines, filiae Epei. Eodem *Pauſania* auctore Actor de matris nomine oppidum Hyrminam condidit in Elea. Confundi non debet cum illo Actore, de quo expoſitum eſt fragm. III. Ab *Apollodoro* l. l. frater Augeae appellatur. Sed videtur hic error eſſe ortus ex eo, quod Augeae matri et ipſi nomen fuit Hyrmine, quanquam non Epei, ſed vel Nelei, vel Nycteï, vel Epochi filiae. v. *Schol. Apollon.* 1, 172. Molione, a qua Cteatum et Eurytum appellari ſolere Molionidas, cum *Heynius* obſeruauit, tum *Pauſanias* innuit (8, 14. p. 629.), quibus parentibus ipſa ſit nata, non ſatis conſtat. Quodſi in noſtro loco legamus τῆς Μόλου, fuerit illa filia Moli, ſiue illius, qui Μῶλος ſcribitur et Martis filius dicitur ap. *Apollod.* 1, 7, 7. ſiue eius, qui Deucalione natus eſſe legitur ap. eund. 3, 3, 1. quem ſaltem alii ſcribunt Μόλον. Fabula de Cteati et Euryti corporibus concretis, qua concretione factum ſit, vt a nemine facile vinci poſſent, videtur mihi illuſtrari poſſe e *Plat.* ſympoſ. T. III. p. 189. ſq. vbi *Ariſtophanes* inducitur ſic: ἡ παλαιὰ ἡμῶν φύσις οὐχ αὕτη ἦν ἥπερ νῦν, ἀλλὰ ἀλλοία. πρῶτον μὲν γὰρ τρία ἦν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων· οὐχ, ὥσπερ νῦν, δύο, ἄρρεν καὶ θῆλυ· ἀλλὰ καὶ τρίτον

τρίτον προσῆν κοινὸν ὂν ἀμφοτέρων τούτων, οὗ νῦν ὄνομα λοιπὸν, αὐτὸ δὲ ἠφάνισται. ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θήλεος· νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον. ἔπειτα ὅλον ἦν ἑκάστου τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶδος στρογγύλον, νῶτον καὶ πλευρὰς κύκλῳ ἔχον. χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἴσα ταῖς χερσί· καὶ πρόσωπα δύο ἐπ' αὐχένι κυκλοτερεῖ, ὅμοια πάντη· κεφαλὴν δ' ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς προσώποις ἐναντίοις κειμένοις μίαν, καὶ ὦτα τέτταρα, καὶ αἰδοῖα δύο· καὶ τἆλλα πάντα ὡς ἀπὸ τούτων ἄν τις εἰκάσειεν. --- ἦν οὖν τὴν ἰσχὺν δεινὰ καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὰ φρονήματα μεγάλα εἶχον. Etsi enim ibi de androgynis proprie agitur, quod in noſtram fabulam non cadit et vulgo putatur matrimonii ſymbolum: tamen nec Otus et Ephialtes, quos eodem loco Ariſtophanes ex hoc hominum genere fuiſſe dicit, finguntur, quantum mihi quidem conſtat, in vnum concreti. Saltem in vtraque fictione puto latere hanc ſententiam: neminem ſolum rebus magnis et periculoſis gerendis ſatis parem eſſe; omnia melius procedere, ſi iunctus cum aliis agas. Sic *Tzetzes* ad *Lycophr.* 17. Λέοντα et Δράκοντα, quos proprie dicit Chimaerae fratres fuiſſe, propter eorum cum ſorore concordiam putat occaſionem dediſſe fabulae de tricipiti beſtia. Itaque noſtra fabula oriri ſaltem potuit ex inſigni fratrum illorum inter ſe amore. Cauſſam, cur Hercules hos Actoris filios interfecerit, aliam cognoſcimus e *Pindaro* (Olymp. 10, 39. ſq.), quoniam olim, cum Hercules primum ex vrbe Tirynthe exercitum in Elidem duxiſſet, hunc profligauerant, magna ſtrage edita (v. *Pauſ.* 8, 14. p. 629. c. 15. p. 631. 6, 19. p. 504.), aliam tradit *Pauſanias* 5, 2. init. quia Hercules in bello contra Augeam,

geam, cum ab Actoris filiis ſemper copiae eius auxiliares in fugam verterentur, nihil ſplendide gerere poterat. Itaque cum Actoridae ad ſpectandos ludos Iſthmicos Corinthum veniſſent, ἀπέκτειναν σφᾶς λοχήσας Ἡρακλῆς ἐν Κλεωναῖς (*Pindar.* Ol. 10, 37. ὑπὸ Κλεωναῖν), quod erat oppidum Argolidis non magnum, inter Corinthum et Argos ſitum. v. *Pauſ.* 2, 15. in. Cuius facinoris auctor cum ignoraretur, Molione operum omnem dedit, vt ille detegeretur. Percuſſore reperto, Elei ab Argiuis, vt ille puniretur, petierunt. Hi id negarunt. Tum Elei Corinthios adierunt, et poſtularunt, vt Argolica ciuitas omnis ludorum Iſthmicorum ſolemnitate excluderetur. Sed nec Corinthii fecere poſtulata. Ibi tum Molione dicitur diris execrata eſſe ciues, qui non ab Iſthmicis ludis abſtinere voluerint. Tantas turbas excitauit illa Actoridarum caedes.

XXXXVIII.

Schol. Homer. Il. λ, 671. Νηλεὺς ὁ Ποσειδῶνος, ἱππικώτατος τῶν καθ' αὑτὸν γενόμενος, ἔπεμψεν εἰς Ἦλιν ἵππους ἐς τὸν ὑπὸ Αὐγέου συντελούμενον (*Villoiſ.* ἵππους εἰς τὸν ὑπ' Αὐγείου κεῖσε συντελ.) ἀγῶνα. νικησάντων δὲ τούτων, φθονήσας Αὐγέας (*Villoiſ.* Αὐγείας) ἀπέσπασε τούτους, καὶ τοὺς ἡνιόχους ἀφῆκεν ἀπράκτους. Νηλεὺς δὲ γνοὺς, ἡσυχίαν ἦγε. Νέστωρ δὲ, ὁ τῶν παίδων αὐτοῦ νεώτατος, στρατὸν (*Villoiſ.* στρατείαν) ἀθροίσας ἐπῆλθεν Ἠλιδι. καὶ πολλοὺς ἀποκτείνας, ἀπέλαβε τοὺς ἵππους. καὶ οὐκ ὀλίγην τῶν πολεμίων ἀπέσυρεν λείαν. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. (*Villoiſ.* Φερεκύδει.)

Non

Non habet hanc hiſtoriam *Apollodorus*. Sed eam hoc potiſſimum loco ponere volui, quia paullo ante Augeae facta erat mentio, quem non minus quam Neleum et Neſtorem aetate Herculis vixiſſe vel ex *Apollodoro* 2, 7, 2. ſq. cognoſci poteſt. De Neleo v. fragm. XXVI.

XXXXVIIII.

Schol. Sophocl. argument. Trachin : Ἀμάλθεια ἦν Αἰμονίου θυγάτηρ· ἣ κέρας εἶχε ταύρου. τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης φησὶ, δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονόν τε καὶ ἄπονον.

Apollod. 2, 7, 5. Ἀμάλθεια δὲ ἦν Αἰμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. τοῦτο δὲ, ὡς Φερεκύδης λέγει, δύναμιν ἔχει τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν, ὅπερ εὔξαιτο τις, παρέχειν ἄφθονον.

De diuerſis fabulam de Amalthea tradendi modis, et de probabili ipſius fabulae origine v. *Heyn.* p. 463. ſq. Cornu illud ab Acheloo datum fuiſſe Herculi, cum Deianiram vxorem duceret, narrat *Apollod.* l. l. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 50. vbi pater eius, qui quis fuerit non conſtat, editur Ἀρμόνιος, quanquam in codd. MSS. habeatur Αἰμόνιος vel Αἱμόνιος. Capram fuiſſe hanc Amaltheam, quae Iouem nutriuerit, putarunt multi. v. *Verheyk* ad *Antonin. Lib.* 36. p. 242. ſq. et *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Iou. 49. vbi numus excuſus extat, in quo infans Iupiter capra illa vehitur, Αἰχίοχος inde dictus. etſi proprie hoc nomen inde videtur accepiſſe, quia geſtabat pellem caprinam, vt Hercules leoninam. v. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 355. Amaltheae cornu deinde dictum fuit poculi genus aliquod, vt

diſcimus ex *Athenaei* fragm. ap. *Caſaub.* in animaduu. ad 11, 4. p. 783, 37. et idem per prouerbium dici conſueuiſſe de ſumma rerum omnium abundantia, res nota eſt vel ex *Eraſmi* chill. 1, 6, 2. Idem denique pro ſymbolo concordiae habet *Werenberg* in peculiari de hoc argumento diſſertatione, Leucopetr. 1683. 4. Nondum vero a viris doctis videtur idonea ratio allata fuiſſe, cur factum ſit, vt nomen Ἀμαλθαίας κέρας in verſionem V. T. Alexandrinam migraret Iob. 42, 14. vbi pro nomine proprio tertiae Iobi filiae קֶרֶן הַפּוּךְ poſitum legitur. *Fr. Spanhemio* quidem (de antiquit. et obſcuris hiſtoriae Iobi c. 15. §. 13- 15.) videntur interpretes Alexandrini putaſſe, ex illa filiae Iobi hiſtoria et nomine ortam eſſe fabulam de Amalthea. Omnino vid. *Dieterici* antiquitt. bibl. ad h. l. cf. *Lamb. Bos* prolegom. ad Iob. 9, 9.

L.

Antonin. Liberal. c. 33. Ἱστορεῖ Φερεκύδης.

Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Εὐρυσθεὺς ἐξελάσας αὐτοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευεν· οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως, ὤκησαν τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. Εὐρυσθεὺς δὲ πέμψας ἄγγελον εἰς Ἀθήνας, πόλεμον προέλεγεν τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ μὴ τοὺς Ἡρακλείδας ἐξελάσωσιν. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τὸν πόλεμον οὐκ ἀπολέγονται, Εὐρυσθεὺς δ' ἐνέβαλε εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ παραταξάμενος αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει μαχόμενος, ἡ δὲ πληθὺς ἐτράπη τῶν Ἀργείων· Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποθανόντος Εὐρυσθέως κατοικίζονται πόλιν ἐν Θήβαις· ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ἀλκμήνη

κατὰ

κατὰ γῆ ας ἀποθνήτκει, καὶ αὐτὴν ἐξεκόμισαν Ἡρακλεῖδαι. ὤκουν δὲ παρὰ τὰς Ἠλέκτρας πύλας, ἵνθπερ καὶ Ἡρακλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ζεὺς δὲ Ἑρμῆν πέμπει, κελεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι, καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους, καὶ δοῦναι Ῥαδαμάνθυϊ γυναῖκα. Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει. λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν εἰς τὴν σορόν· οἱ δ' Ἡρακλεῖδαι ἐπεὶ τὴν λάρνακα φέροντες ἐβαρύνοντο, κατατίθενται· καὶ ἀποκαλύψαντες εὗρον ἀντὶ τῆς Ἀλκμήνης λίθον, καὶ αὐτὸν ἐξελόντες, ἔστησαν ἐν τῷ ἄλσει, ὅθιπερ ἐστὶν τὸ ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις.

Pro αὐτοὺς τῆς π. quod ſane non habet, quo referatur, *Muncker* legere volebat τοὺς ἀπογόνους ſ. τοὺς παῖδας αὐτοῦ, *Verheyk* ἀστοὺς, niſi quis vellet αὐτοὺς accipere pro πολίτας ſ. ἄνδρας, vt ap. *Thucyd.* 5, 82. Sic *Tzetz.* ad verba *Lycophr.* 81. τοὶ δὲ, adſcripſit haec: ἐλλιπῶς, ἀντὶ τοῦ, οἱ ἄνθρωποι. cf. *Hom.* Il. α, 51. Sic Ioſ. 11, 14. in Cod. Alexandr. pro ἀνθρώπους legitur αὐτούς. Ego vero nil mutandum arbitror. Potuit enim Pherecydes in praecedentibus mentionem feciſſe Heraclidarum. Quae tamen ratio ſi cui non placeat, legat ille: αὐτοῦ τοὺς παῖδας, deleat quoque per me verba: αὐτοὺς τῆς πατρίδος, quae ex illis naſci potuerunt.

De Euryſthei genere vid. *Verheyk.* ad h. l. Erat ille, quod notum eſt, rex Mycenarum. vid. *Apollod.* 2, 4, 5. cuius narratio 2, 8. et *Pauſ.* 1, 32. p. 79. ſq. omnino cum noſtra conferenda eſt. Scilicet Hercules ipſe, Euryſtheum metuens, Tirynthe fugerat ad Ceycem, regem Trachiniorum. Hercule autem mortuo, cum Euryſtheus liberos

eius quaereret, qui vel cum patre viuo, vel poſt eius mortem ſoli, ad Ceycem confugerant, et vt traderentur a Ceyce poſtularet, hic, qui ſe non parem ſentiret bello cum Euryſtheo gerendo, miſit eos Athenas ad Theſeum, pro quo Pherecydes Demophontem nominauit. Tetrapolis Attica quae fuerit, e *Strabone* (8, p. 383. B.) expoſuit *Verheyk.* Ἀθηναῖοι --- ἀπολέγονται. *Pauſanias* p. 80. dicit, hoc fuiſſe primum Peloponneſiorum contra Athenienſes bellum. De Euryſthei interitu et percuſſore vid. *Muncker* ad h. l. et *Heyn.* ad *Apollod.* p. 497. ſq. Hyllus eſt notus Herculis e Deianira filius. (v. fragm. XXXXVI. et *Apollod.* 2, 7, 8.) Meliten tamen, Aegaei fluuii filiam, matrem eius facit *Schol. Apollon.* 4, 1149. Nutrix eius a *Pauſ.* 4, 30. vocatur Abia. Pro καὶ σὺν αὐτοῖς legendum eſt cum *Munckero* σὺν αὐτῷ, omiſſo καί. κατοικίζονται πόλιν ἐν Θήβαις videtur hunc ſenſum habere: oppidum aliquod incoluerunt in agro Thebano, ab illa Thebarum parte ſitum, vbi erant portae Electrae. De his portis v. *Hellanic.* fragm. LXXI. quicum conſentit *Pauſ.* 9, 8. p. 727. De Alcmena dixi ſupra ad fragm. XII. *Pauſanias* 1, 41. tradit, non conſenſiſſe Heraclidas, vtrum Argos eſſet Alcmenae cadauer reportandum, an Thebis ſepeliendum, vbi etiam Herculis e Megara filii et Amphitryon, maritus Alcmenes, ſepulti iacerent. Conſultum igitur Apollinem Delphicum iuſſiſſe Alcmenen in agro Megarico ſepeliri. Quod h. l. Rhadamanthus apud inferos dicitur vxorem accepiſſe Alcmenen, id haud dubie inde effictum eſt, quia iam tum, cum Cretae rex eſſet, poſt Amphitryonis mortem eam duxerat. v. *Apollod.* 2, 4, 11. 3, 1, 2. Per hanc autem fictionem, de Rhadamantho in fortunatis inſulis verſante, nihil videtur ſignificari, niſi

niſi eum mortuum quoque virum probum et quauis felicitate dignum iudicatum fuiſſe. Sic etiam a *Pindaro* Ol. 2, 128- 43. praeter Rhadamanthum illuc translati dicuntur Peleus, Cadmus, Achilles, qui ipſe quoque ap. *Apollon. Rhod.* 4, 811- 15. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* 174. Medeam dicitur vxorem duxiſſe ἐν Μακάρων νήσοις. Add. de Lyco *Apollod.* 3, 10, 1. Nempe, vt hoc obiter obſeruem, Medea potuit fingi in beatorum inſulis verſans, propter beneficia Iaſoni et argonautis praeſtita. Dicuntur autem hae inſulae in extremo Oceano ſitae (v. *Heſiod.* ἐργ. 168. ſqq.), vbi etiam *Homerus* Odyſſ. δ, 563. ſqq. campos Elyſios collocat, vt indicetur, locum illum eſſe remotiſſimum, h. e. neminem illuc poſſe peruenire, niſi quem dii voluiſſent. Neque enim impii eo peruenire credebantur. Hanc ipſam autem ob cauſſam, quia putabantur remotiſſimae eſſe, facile erat poetis, multa inaudita et mira de iis fingere. Ceterum ex hac Pherecydis hiſtoria poſſunt intelligi verba *Pauſaniae* 9, 16. extr. Ἀλκμήνης δὲ οὐ μνῆμα. γενέσθαι δὲ αὐτὴν ὡς ἀπέθανε λίθον φασὶν (np. Thebani) ἐξ ἀνθρώπου. καὶ Μεγαρεῦσι τὰ ἐς αὐτὴν (quae paullo ante ex 1, 41. narraui) οὐχ ὁμολογοῦσι.

LI.

Schol. Apollon. 3, 1086. ἔστι καὶ ἄλλος Δευκαλίων, ὁ Μίνωος, περὶ οὗ Φερεκύδης.

De pluribus Deucalionibus vid. ad *Hellanic.* p. 69. Huius Deucalionis, quem Minos e Paſiphaë vel e Creta genuit, meminit etiam *Apollodorus* 3, 1, 2. et 3, 3, 1. cf. *Homer.* Od. τ, 180.

LII.

Schol. Eurip. Phoenn. 53. Φερεκύδης τὰ κατὰ τοὺς παῖδας Οἰδίποδος, καὶ τὰς γημαμένας οὕτως ἱστορεῖ.

Οἰδίποδι, φησὶ, Κρέων δίδωσι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν γυναῖκα Λαΐου, μητέρα δ' αὐτοῦ, Ἰοκάστην. ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Φράστωρ καὶ Λαόνυτος, οἳ θνήσκουσιν ὑπὸ Μινυῶν καὶ Ἐργίνου. ἔπειτα δὲ ἐνιαυτὸς παρῆλθε, γαμεῖ ὁ Οἰδίπους Εὐρυγάνειαν τὴν Περίφαντος. ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ Ἰοκάστη, Ἀντιγόνη, Ἰσμήνη, ἣν ἀναιρεῖ Τυδεὺς ἐπὶ κρήνης, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ κρήνη Ἰσμήνη ἐκλήθη. υἱοὶ δὲ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς, Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης. ἐπεὶ δὲ Εὐρυγάνεια ἐτελεύτησε, γαμεῖ Ἀστυμέδουσαν τὴν Σθενέλου. τινὲς δὲ Εὐρυγάνειαν ἀδελφὴν λέγουσιν εἶναι Ἰοκάστης, τῆς μητρὸς Οἰδίποδος.

Ex his ea tantum, quae minus nota ſunt, attingenda videntur. Phraſtorem et Laonytum non habet in Oedipi filiis *Apollodorus* 3, 5, 8. cuius locum ſi cum *Piſandri* loco contuleris ap. *Schol. Eurip.* ad Phoenn. 1748. videtur nec Piſander eos agnouiſſe. Minyas hic Boeoticos intelligendos eſſe docet nomen adiectum Ἐργίνου. Hic enim Clymeni filius, Phrixi pronepos, patre a Thebanis occiſo, in Orchomeni regno ſucceſſit, et mox cum fratribus collecto exercitu Thebas aggreſſus proelio vicit Thebanos. (v. *Pauſ.* 9, 37.) In hoc proelio neceſſe eſſet filios illos Oedipi cecidiſſe, quia paullo poſt Minyarum potentia per Herculem valde fuit debilitata. Sed omnino Oedipum e matre Iocaſta nullos filios genuiſſe, iam *Pauſ.* 9, 5. p. 721. pro certo habuit ob locum Homer. Odyſſ. λ, 270- 73.

Εὐρυ-

Εὐρυγάνειαν filiam Hyperphantis vocant *Apollod.* et *Pauſanias.* Iocaſta non eſt in filiarum Oedipi numero ap. *Apollodorum*, neque *Piſander* et *Pauſanias* in vniuerſum plures quam quatuor liberos norunt. De Tydeo v. fragm. XXXVIIII. Aſtymeduſa non aliunde nota eſt. Fortaſſis eſt eadem, quae Meduſa, quam Sthenelo, Perſei filio, e Nicippe, filia Pelopis, filiam fuiſſe *Apollodorus* (2, 4, 5.) auctor eſt. De Polynice et Eteocle diuerſa tradiderunt Pherecydes et Hellanicus. Huius locus eſt fragm. CIII. Pherecydis narrationem tradit *Schol. Eurip.* Phoenn. 71.

δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐ παρὰ πᾶσι συμφωνεῖ ἡ Πολυνείκους εἰς Ἄργος ἄφιξις. Φερεκύδης γὰρ ἐκβεβλῆσθαι τὸν Πολυνείκην φησὶ μετὰ βίας. --- Εὐριπίδης ταῖς δύο ἱστορίαις ἐχρήσατο, ἐνταῦθα μὲν τῇ Φερεκύδου, ὕστερον δὲ τῇ Ἑλλανίκου.

Rurſus alia exhibet *Pauſ.* l. l. p. 722. Neque enim vi eiectum Polynicen narrat, ſed viuente adhuc Oedipo Thebis exceſſiſſe, veritum ne obnoxius eſſet diris, quibus pater filios deuouerat. Veniſſe igitur Argos, et Adraſti filia vxore accepta poſt mortem patris ab Eteocle accerſitum rediiſſe Thebas. Tum vero diſſenſione de regno inter fratres orta, iterum confugiſſe ad Adraſtum, et cum exercitu ſoceri Eteoclem fratrem oppugnaſſe, cumque exercitum perdidiſſet, fratrem ad ſingulare certamen prouocaſſe, in quo ambo perierint. Tum Adraſtum bellum intuliſſe Laodamanti, Eteoclis filio, de quo v. *Hellanic.* fragm. CII.

LIII.

Apollod. 3, 6, 7. de Tireſia: Φερεκύδης (φησὶν), ὑπὸ Ἀθηνᾶς αὐτὸν τυφλωθῆναι. οὖσαν γὰρ Χαρικλὼ προσφιλῆ τῇ Ἀθηνᾷ . . . . γυμνὴν ἐπὶ πάντα ἰδεῖν· τὴν δὲ, ταῖς χερσὶ (τοὺς ὀφθαλμοὺς) αὐτοῦ κατιλαβομένην, πηρὸν ποιῆσαι· Χαρικλοῦς δὲ δεομένης, ἀποκαταστῆσαι πάλιν τὰς ὁράσεις, μὴ δυναμένην τοῦτο ποιῆσαι, τὰς ἀκοὰς διακαθάραντα πᾶσαν ὀρνίθων φωνὴν ποιῆσαι συνιέναι, καὶ σκῆπτρον αὐτῷ δωρήσασθαι κυάνεον, ὃ φέρων ὁμοίως τοῖς βλέπουσιν ἐβάδιζεν.

Scil. Argiui, qui Polynicis filiis ducibus Thebas ceperunt, Delphico deo cum reliqua praeda etiam Tireſiam vatem duxerunt. (v. *Pauſ.* 9, 33.) Erat enim vir Thebanus, Eueris et nymphae Chariclus filius, genus ducens ab Vdaeo Sparto (de quo v. fragm. XVI.), teſte *Apollod.* l. l. cf. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in lau. Pall. 81. *Soſtratus* ſcripſerat carmen elegiacum de Tireſia, cuius argumentum nobis ſeruauit *Euſtathius* ad Odyſſ. κ, p. 1665, 47. Chariclo alia, quanquam ipſa quoque nympha, eſt ap. *Schol. Apollon.* 4, 813. vxor Chironis. Cauſſa, cur excoecatus fuerit Tireſias, ab aliis affertur, quod omnia, quae dii celare homines voluiſſent, effutierit. Sed Pherecydem ſecutus eſt *Callimachus* h. in Pall. 57. ſqq. ad cuius ſingulos verſus vid. *Spanhem.* qui ad v. 82. noſtrum locum vertit: *Siquidem cum Chariclo Mineruae cariſſima eſſet, illum nudam per omnia deam vidiſſe contigit; eamque manibus ſuis erutis illi oculis, eundem obcoecaſſe.* *Heyniùs* vero ad *Apollod.* p. 620. haud dubie rectius haec ita putabat eſſe refingenda: οὖσαν γὰρ τῇ Χαρικλοῖ προσφιλῆ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὸν γυμνὴν ἰδεῖν. Idem p. 621. recte eiicit verba τοὺς ὀφθαλμούς.

Per

Per verba: τοὺς ἀκοὰς (i. e. aures, vt antea ὁράσεις pro ὀφθαλμοὺς, vnde fortaſſis gloſſema illud, quod *Heynius* exulare iuſſit, ortum et in contextum tandem male illatum eſt) διακαθάρασαν --- συνιέναι; vix aliud quid indicatur, niſi ſcientia auguralis. cf. ad fragm. XXV. οἰωνοσκοπεῖον Thebis fuiſſe narrat *Pauſ.* 9, 16. σκῆπτρον ſimpliciter eſt ſcipio, quo nixus ire Tireſias tuto poterat. *Callimachus* l. l. v. 127. habet βάκτρον. cf. *Eurip.* Hecub. 281. *Pindar.* Olymp. 2, 146. Color κυάνεος ſ. κυανοῦς deſcribitur ſic a *Platone* Timae. T. III. p. 68. C. λαμπρὸν, λευκῷ ξυνελθὸν, καὶ εἰς μέλαν καταλορὲς ἐμπεσὸν, κυάνοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται. Ceterum ab *Eurip.* Phoenn. 842. filiam Manto oculum Tireſiae dici, atque adeo illi tribui, quod h. l. baculo, iam alii obſeruarunt, in his *Spanhem.* ad l. l.

LIIII.

Dionyſ. Halicarnaſſ. archaeol. 1, p. 10, 44. ed. Sylb. 1, 13. p. 35. ed. *Reisk.* φέρε δὴ καὶ τὸ γένος ὅσον ἦν τὸ τῶν Οἰνώτρων ἀποδείξωμεν, ἕτερον ἄνδρα τῶν ἀρχαίων συγγραφέων παραισχόμενοι μάρτυρα, Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων (*Caſaub.* malebat τὸν Ἀθηναῖον) γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. πεποίηται γὰρ αὐτῷ περὶ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ βασιλευσάντων ὧδε ὁ λόγος·

Πελασγοῦ καὶ Δηϊανείρας (Cod. Vatic. Δηϊανείρης) γίνεται Λυκαίων. οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην, νηΐδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος ἡ Κυλλήνη καλεῖται.

ἕπεται τοὺς ἐκ τούτων γεννηθέντας διεξιών, καὶ τίνας τόπους ἕκαστοι τούτων ᾤκησαν, Οἰνώτρου καὶ Πευκετίου μιμνήσκεται, λέγων ὧδε·

καὶ

καὶ Οἴνωτρος, ἀφ' οὗ Οἴνωτροι καλέονται, οἱ [ἐν Ἰταλίῃ οἰκέοντες· καὶ Πευκέτιος, ἀφ' οὗ Πευκέτιοι καλέονται, οἱ] ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.

Verba vncinis incluſa deſunt in Cod. Venet. et Vatic. ſed male haud dubie et librarii peccato. Omnino cum hoc loco cf. *Pauſ.* 8, 1. ſqq. a quo, ſecundum Arcadum quidem opinionem, quam ap. *Apollod.* 3, 8, 1. *Heſiodus* ſequitur, Pelasgus traditur primus fuiſſe in Arcadia. quod tamen ipſe ita explicat, vt eum proceritate, robore, pulchritudine, conſilio praeſtitiſſe ſtatuat reliquis, qui cum eo fuerint, et a quibus ei regnum delatum ſit. *Acuſilai* ſententiam, ab *Apollod.* l. l. commemoratam, ſequitur *Tzetzes* ad *Lycophr.* 481. Scil. Acuſilaus Pelasgum vocabat filium Iouis et Niobes, illius quidem, quae Phoronei fuit filia (cf. *Dionyſ. Halic.* 1, 11.), et Argum peperiſſe dicitur ap. *Pauſ.* 2, 22. p. 161. A Phoroneo *Hellanicus* quoque fragm. LXXVI. deduxiſſe videtur Pelasgum. Pro Deianira, quae diſtinguenda eſt ab illa notiſſima coniuge Herculis, *Apollodorus* et *Tzetzes* habent Meliboeam, filiam Oceani. Lycaon a *Pauſania* etiam ſapientius patre inſtituiſſe quaedam, de rebus diuinis tamen non aeque recte ſenſiſſe dicitur ac Cecrops, rex Athenienſium, cuius aetate ille in Arcadia regnauit. Lycaon enim humano quoque ſanguine polluit Iouis aram. Vnde fabula nata eſt, eum in beſtiam mutatum fuiſſe. Cyllene a nonnullis ap. *Apollod.* et *Tzetz.* vxor tribuitur Pelasgo, vt ſit Lycaonis mater. Ab hac Cyllene montis Cyllenes in Arcadia nomen deriuare etiam videtur *Schol. Eurip.* Oreſt. 1646. Sed *Pauſ.* 8, 4. p. 605. et c. 17. illud non dubitat quin repetendum ſit a Cyllene, filio Elati, nepote Arcadis, qui matrem

trem habuit Calliſto, quam Lycaonis filiam vocat *Pauſan.* 8, 3. p. 603. et *Charon Lampſacenus* ap. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 480. it. *Eumelus*, qui cum aliis nonnullis ap. *Apollod.* 3, 8, 2. in Lycaonis progenie poſuit filiam Calliſto, quae Ioui pepererit Arcadem. Sed *Heſiodus* eam dicebat vnam e Nymphis fuiſſe, *Aſius* filiam Nyctei, Φερεκύδης δὲ Κητέως. Ceteus iſte, quod narrat *Schol. Eurip.* Oreſt. 1646. iam ab *Heynio* p. 667. laudatus, fuit filius Parthinis et Archiloches, et Caliiro ſuſcepit e Stilbe. Parthin fuit filius Doriei et Argiae. Dorieus parentes habuit Icadium et Coroneam, et poſt Nyctimum regnauit. Quodſi Icadius fuit e filiis vel poſteris Lycaonis, Calliſto quoque ad Lycaonis genus referenda erit. Et ſane hanc fuiſſe Scholiaſtae mentem, colligi ex eo poteſt, quod ex illa Iouem narrat Arcadem genuiſſe. A Ceteo denominati videntur Κήτειοι ap. *Homer.* Odyſſ. λ, 520. quos οὔστινας δέξασθαι δεῖ, ignorabat *Strabo* 13, p. 616. A. (v. *Heyn.* l. l.) *Schol. Homer.* l. l. τινὲς ἀπέδοσαν μεγάλοι, παρὰ τὸ κῆτος. κρεῖσσον δὲ ἀποδιδόναι Μυσῶν ἔθνος τοὺς Κητείους. --- Ἀλκαῖος φησὶ τὸν Κήτειον, ἀντὶ τοῦ Μυσόν. Haec ſententia magis placebat *Spanhemio*, qui τοὺς Κητείους pro Pergamenis habebat. v. eius epiſt. 2. ad Andr. Morellium §. 11. p. 512. ſq. ad calcem Gothae numariae a *Liebio* editae. Oenotrus in Lycaonis filiorum numero etiam a *Pauſ.* ponitur 8, 3. p. 603. vbi vocatur filius natu minimus, et acceptis a Nyctimo, filio Lycaonis natu maximo, militibus atque pecunia, nauibus in Italiam traiecit, cuius regio illa, in qua conſedit, Oenotria inde dicta eſt. οὗτος, addit ille, ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐς ἀποικίαν στόλος πρῶτος ἐστάλη. Peucetium, expeditionis huius ſocium, *Pauſanias* non habet,

habet, ſed 10, 13. p. 830. populum Peucetiorum barbarum vocat.

LV.

Schol. Hom. Il. η, 9. Ἀρήϊθοος ὁ Βοιωτὸς, ἄριστος τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων, ἦν διαβὰς εἰς Ἀρκαδίαν. ἦν γὰρ ἀψιμαχία τις ἐκεῖ Ἀρκάσι τε καὶ Βοιωτοῖς τοῖς αὐτοῦ πολίταις περὶ ὅρων γῆς. πλείστην ἐντεῦθεν κατεσύρατο λείαν. καταφρόνησιν δὲ αὐτοῦ μεγάλην ἐμβαλόντος τοῖς Ἀρκάσιν, Λυκοῦργος, ὁ τῶν ἐνταῦθα κρείττιστος ἀνὴρ, λόχον καθίσας, αὐτόν τε ἀνεῖλε καὶ τὴν παντευχίαν αὐτοῦ μετὰ τῆς κορύνης ἔλαβε, καὶ τὴν λείαν ἐπανεσώσατο. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Ἀρήϊθοος ſ. Ἄρηθος, quem Ἐρευθαλίωνα vocat *Schol. Apollon.* 1, 164. confundens eum cum famulo Arethi armigero, non iuſte, ſed dolo a Lycurgo interfectus dicitur ap. *Pauſ.* 8, 4. p. 606. vbi hoc ſolo facto innoteſcere coepiſſe ait Lycurgum, et Arethum vocat ἄνδρα πολεμικόν. cf. *Hom.* Il. η, 142. Corynetem eum cognominatum fuiſſe non ſolum ex *Homer.* (Il. η, 138.) conſtat, ſed etiam e *Pauſ.* 8, 11. p. 621. Vterque hanc affert cauſſam, quia claua tantum in pugnando vſus ſit. Idem cognomen etiam Periphetes habuit, Vulcani et Anticleae filius. v. *Apollod.* 3, 16, 1. Arethi monumentum commemorat *Pauſ.* l. l. Pro ἐμβαλόντος legendum videatur ἐμβαλὼν, vt pertineat ad Lycurgum, de quo vid. ad fragment. XXVII. Sed verba καταφρόνησιν --- Ἀρκάσιν recte poſſunt ita explicari: cum ille ſe ſummo Arcadum contemtu dignum praeſtitiſſet.

LVI.

LVI.

Schol. Homer. Odyſſ. ο, 16. Ἰκάριος ὁ Οἰβάλου γαμεῖ Δωροδόχην τὴν Ὀρτιλόχου, ἢ κατὰ Φερεκύδην, Ἀστερωδίαν τὴν Εὐρυπύλου τοῦ Τελέστορος. πυθόμενος δὲ Λακέρτης περὶ τῆς Πενελόπης ὅτι καὶ τῷ κάλλει καὶ ταῖς φρεσὶ διαφέρει πάντων τῶν καθ' ἑαυτὴν γυναικῶν, ἄγεται αὐτὴν τῷ παιδὶ Ὀδυσσεῖ πρὸς γάμον, ἢ τοσαύτην εἶχεν ἀρετὴν, ὥστε καὶ τὴν Ἑλένην τὴν ἐκ Διὸς οὖσαν τῷ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλει. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φιλοστεφάνῳ καὶ Φερεκύδῃ.

Icarius, qui vulgo dicitur Oebali filius, *Steſichoro* auctore ap. *Apollod.* 3, 10, 3. fuit filius Perieris, qui Cynorten, Amyclae filium, Lacedaemonis nepotem, patrem habuerat, e Gorgophona, filia Perſei, ita vt ad Atlantis ſtirpem hic Icarius referendus eſſet. Alii ibid. §. 4. Cynortam vocabant patrem Perieris, et hunc patrem Oebali, qui e nympha Batia genuerit Icarium ſ. Icarionem. v. *Heyn.* p. 710. ſqq. Hic ab *Apollodoro* §. 6. neque e Dorodocha neque ex Aſterodia genuiſſe dicitur filiam Penelopen, ſed e Periboea, nympha Naïde. Scilicet non ſatis illuſtre viſum eſt poetis genus Penelopes. Nam Ortilochus, ſi quidem eſt idem nec diuerſus, ap. *Homerum* (Odyſſ. φ, 16. γ, 488. ſq. coll. *Pauſ.* 4, 1.) legitur paruum tantum in Meſſenia oppidum, Pheras, tenuiſſe, et cum ipſe eſſet Alphei filius, filium habuiſſe Dioclem, qui rurſus genuit Ortilochum. v. *Hom.* Il. ε, 541. ſqq. Poetae igitur ad magis illuſtrandum Penelopes genus etiam Nymphas aduocare potuerunt. Sed fortaſſis tamen haec magna confuſio orta eſt ex Icarii vxorum multitudine. Certe *Euſtathius* ad Odyſſ. α, p. 1417, 27. rurſus alio modo Icarium, cum in Acar-

Acarnania regnaret, genuiſſe narrat Penelopen e Polycaſta. Hanc igitur Penelopen Laertes filio Vlyſſi ἄγεται πρὸς γάμον, h. e. vxorem ducendam curauit, duci a filio iuſſit. Haec eſt medii vis, non obſeruata a *Kuſtero*. Sic *Homer*. Odyſſ. δ, 10. υἱεῖ δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἦγετο κούρην. et *Herodot*. 1, 34. ἄγεται τῷ παιδὶ γυναῖκα. Antea vero Vlyſſi cum reliquis procis certamen curſus ſubeundum fuiſſe, in quo ille vicerit, tradit *Pauſ*. 3, 12. Helenam hic potiſſimum commemorari puto, quia erat vel ſaltem putabatur filia Tyndarei, cuius frater erat Icarius. v. *Apollod*. 3, 10, 4. 7. Pro ὑπερβάλλει rectius fortaſſis legas ὑπερβάλλειν. Praeſens locum non habet. τῷ τῆς ἀρετῆς videtur dictum eſſe pro τῇ ἀρετῇ, vt ap. *Theophraſt*. charr. 1, 4. τὰ τῶν ἠθῶν pro τὰ ἤθη. cf. 8, 3. τὸ τῆς τύχης. Eadem formula τὸ τῆς ἀρετῆς legitur ſic in *Luciani* encomio Demoſthenis. Ita *Plat*. Polit. T. II. p. 273. E. τὸ τῆς ἡλικίας. p. 274. D. τὸ τοῦ μύθου. Sed plenius p. 281. A. τὸ τῆς τέχνης ἔργον. Ceterum *Philoſtephanus* quo tempore vixerit, ſcimus ex *Athenae*. 8, p. 331. D. vbi Callimachi familiaris vocatur.

LVII.

Etymol. M. Παλλάδια ἐκάλουν, ὡς λέγει Φερεκύδης, τὰ βαλλόμενα εἰς γῆν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀγάλματα· πάλλειν γὰρ τὸ βάλλειν.

Tzetz. ad *Lycophr*. 355. et ex eo *Phauorin*. in v. Παλλάς· Φερεκύδης παλλάδια λέγει τὰ ἀχειροποίητα (*Phau*. male χειροποίητα) μορφώματα, καὶ πᾶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν παλλόμενον (*Phau*. minus bene βαλλόμενον).

Sci-

Scilicet non a Minerua ſ. Pallade hoc nomen deriuauit Pherecydes, quae eſt communis poetarum et vulgaris deriuandi ratio, (v. quos laudauit *Heyn.* ad *Apollod.* p. 744.) ſed a verbo πάλλειν, h. e. βάλλειν. quae ſane videtur eſſe non contemnenda ſententia. Sic enim v. c. ὅτι ἐκ τοῦ θέλγειν οἱ τελγῖνες, δηλοῦσιν οἱ παλαιοὶ, teſte *Euſtathio* ad Odyſſ. α, p. 1391, 11. Alia talia collegi in diſſ. de dialecto Alexandr. p. 22. not. d. Cum vero duo maxime eiusmodi palladia a veteribus celebrentur, alterum Athenienſibus datum (v. *Pauſ.* 1, 26. p. 63.), alterum Troianis (v. *Apollod.* 3, 12, 3.), quod poſt euerſam Troiam Argiui ad ſe translatum eſſe dicebant, ſed *Pauſanias* (2, 23. p. 164.) ab Aenea in Italiam portatum pro certo ſtatuit (cf. 1, 28. p. 69. et *Herodian.* 1, 14.): apparet, non definiri poſſe locum, in quo hanc nominis etymologiam Pherecydes attulerit. Tota autem fabula de ſimulacris ἀχειροποιήτοις et coelitus delapſis, ſi coniecturam addere licet, videtur mihi inde nata eſſe, quod antiquiſſimis temporibus a Graecis (vt ab aliis gentibus antiquis, v. *Sched.* de diis Germanis, p. 501. ſqq.) rudes lapides loco ſimulacrorum vt dii colebantur, τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι, inquit *Pauſ.* 7, 22. p. 579. Iam cum Minerua ſ. Pallas diceretur Athenas condidiſſe (vid. vel *Eurip.* Hecub. 466.), atque adeo ab Athenienſibus ſtatim ab initio culta putari deberet: intelligitur, cur huic potiſſimum deae tribuantur palladia, ad quorum exemplum deinde ſimiles fabulae videntur effictae eſſe, quo maiorem opifex operi ſuo admirationem conciliaret. Sic Epheſii Dianam ſuam iactabant διοπετῆ (Act. 19, 35.). Sic Romani ſua ancilia, et ſimulacrum matris deûm, de quo v. *Herodian.* 1, 11.

LVIII.

LVIII.

Schol. Sophocl. Oedip. Colon. 463. περὶ οὗ (Δαιδάλου) Φερεκύδης φησὶν οὕτως·

Μητίνῳ δὲ τῷ Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίγνεται Δαίδαλος, ἀφ' οὗ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθηναίοις.

Daedalum fuisse nepotem Erechthei, regis Athenienſium, apparet e *Pauſ.* 7, 4. p. 531. Δαιδάλῳ γένους τε Ἀθήνησιν ὑπῆρχεν εἶναι τοῦ βασιλικοῦ τῶν καλουμένων Μητιονιδῶν, καὶ ὁμοῦ τῇ τέχνῃ τῆς πλάνης τε εἵνεκα καὶ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἐπιφυέστερος ἐγένετο ἐς ἅπαντας ἀνθρώπους. Metionem enim --- quod nomen etiam in noſtro loco reponendum eſt, Μυτίωνι vel Μητίονι (v. *Heyn.* ad *Apollod.* p. 890.) pro Μητίνῳ --- Erechthei filium vocat *Pauſanias* quoque 2, 5. p. 125. Fortaſſis tamen Metion rectius dicatur Erechthei nepos, atque adeo auus Daedali. Certe hunc *Apollodorus* 3, 15, 8. dicit filium Eupalami, et Eupalamum filium Metionis ex Alcippe (de qua v. *Hellanic.* fragm. XVI.), ita vt Alcippe fuerit auia Daedali, Iphinoe vero non Metionis, ſed Eupalami, vxor fuiſſe videatur, male deinde confuſa cum Eupalami matre. Ceterum Daedalus ſatis nobilitatus eſt exſtructo in Creta labyrintho, de quo mox plura.

LVIIII.

Schol. Homer. Odyſſ. λ, 320. Θησεὺς ὁ Αἰγέως λαχὼν μετὰ τῶν ἡιθέων εἰς Κρήτην πλεῖ, τῷ Μινοταύρῳ παραπεθεισόμενος πρὸς ἀναίρεσιν. ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ ἐρωτικῶς αὐτὸν διατεθεῖσα ἡ τοῦ Μίνωος θυγάτηρ Ἀριάδνη, δίδωσιν ἀγαθίδα μίλτου, λαβοῦ-

λαβοῦσα παρὰ Δαιδάλου τοῦ τέκτονος, καὶ διδάσκει αὐτὸν, ἐπειδὰν εἰσέλθῃ, τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγαθίδος ἐκδῆσαι περὶ τὸν ζυγὸν τῆς ἄνω θύρας καὶ ἀνελίσσοντα ἰέναι, μέχρις ἂν ἀφίκηται εἰς τὸν μυχόν. καὶ ἐὰν αὐτὸν καθεύδοντα μάρψῃ, κρατήσαντα τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς, τῷ Ποσειδῶνι θῦσαι, καὶ ἀπιέναι ὀπίσω ἀνελίσσοντα τὴν ἀγαθίδα. ὁ δὲ Θησεὺς λαβὼν τὴν Ἀριάδνην εἰς τὴν ναῦν ἐμβάλλεται, καὶ τοὺς ἠϊθέους καὶ παρθένους οὐ δήπω φθάσαντας τῷ Μινοταύρῳ παραπεθῆναι. καὶ ταῦτα ποιήσας, νυκτὸς μέσης ἀποπλεῖ. προσορμήσας δὲ τῇ Δίᾳ νήσῳ, ἐκβὰς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μεταποιμᾶται. καὶ αὐτῷ ἡ Ἀθηνᾶ παραστᾶσα, κελεύει τὴν Ἀριάδνην ἐᾶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι εἰς Ἀθήνας. συντόμως δὲ διαναστὰς ποιεῖ τοῦτο. κατολοφυρομένης δὲ τῆς Ἀριάδνης ἡ Ἀφροδίτη ἐπιφανεῖσα θαῤῥεῖν αὐτῇ παραινεῖ. Διονύσου γὰρ ἔσεσθαι γυναῖκα, καὶ εὐκλεῆ γενέσθαι. ὅθεν ὁ θεὸς ἐπιφανὴς μίσγεται αὐτῇ. καὶ δωρεῖται στέφανον αὐτῇ χρυσοῦν, ὃν αὖθις οἱ θεοὶ κατηστέρισαν τῇ τοῦ Διονύσου χάριτι. ἀναιρεθῆναι δὲ αὐτὴν ὑπ' Ἀρτέμιδος, προεμένην τὴν παρθενίαν. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Haec multis illuſtrare, plane foret ſuperfluum. Androgeos, Minois e Paſiphaë filius (v. *Apollod.* 3, 1, 2.), e Creta venit Athenas tempore Panathenaeorum, et in certaminibus Athenienſes omnes vincit. Cuius rei hi inuidia ducti eum interfecerunt. Minos, comperta filii caede, iratus claſſe infeſtat Athenienſes, qui oraculo conſulto tulerunt hoc reſponſum, debere ipſos Minoi poenas dare, quas poſtulaturus eſſet. Minos autem poſtulat, vt quotannis in Cretam inermes mitterent ſeptem adoleſcentes totidemque virgines, a Minotauro deuorandas, quem Paſiphaë tauro mix-

ta pepererat (v. *Apollod.* l. l. §. 4.), et qui degebat in labyrintho, h. e. aedificio ſubterraneo et valde flexuoſo, quod tectis et lacunaribus omnibus caruiſſe, primus ni fallor obſeruauit *Valckenarius* ad *Theocrit.* Adoniaz. p. 233. ſq. Theſeus igitur ipſe quoque per ſortem ad hoc iter Cretenſe deſtinatus, quanquam *Hellanicus* fragm. LXXXVIIII. rem aliter narrauit, ab Ariadne Minois filia adiutus Minotaurum interfecit. v. *Euſtath.* ad Odyſſ. λ, p. 1688, 31. Neque tamen a Theſeo pietatem in deos neglectam fuiſſe, docuit Pherecydes, teſte *Macrobio* Saturnn. 1, 17.

Pherecydes refert, Theſea cum in Cretam ad Minotaurum duceretur, vouiſſe pro ſalute atque reditu ſuo Ἀπόλλωνι Οὐλίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Οὐλίᾳ.

Οὔλιος ap. eundem paullo ante explicatur *ſanitatis auctor.* Nam οὐλεῖν eſt ὑγιαίνειν. v. omnino *Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Apoll. 40. et 46.

In loco priori poſt ἐρωτικῶς inferendum eſt πρὸς, et pro γενέσθαι poſt εὐκλεῆ legendum γενήσεσθαι. ἀγαθὶς μίλτου eſt glomus, quem minio tinctum adhibent fabri lignarii ad ducendas lineas, quas in aequandis lignis ſequantur. ζυγὸς et h. l. et ap. *Euſtath.* l. l. eſt limen ſuperum, quod alias ὑπέρθυρον vocatur. Vnde ἄνω vel ante ζυγὸν ponendum eſſe, vel plane omittendum puto. Certe non habet *Euſtathius.* Poſt ὁ δὲ Θησεὺς ante λαβὼν intelligenda ſunt ex *Euſtathio* verba: πράξας πάντα κατὰ νοῦν. ἀποπλεῖ. Quomodo Theſeus impediuerit, quo minus ipſum fugientem perſequerentur Cretenſes, Pherecydes etiam narrauerat.

Plutarch.

Plutarch. in Theſeo T. I. opp. p. 8. A. ἐπεὶ κατέπλευσεν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι καὶ ᾄδουσι, παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἐρασθείσης τὸ λίνον λαβὼν, καὶ διδαχθεὶς ὡς ἔστι τοῦ λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον, καὶ ἀπέπλευσε τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἠϊθέους. Φερεκύδης δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τῶν Κρητικῶν νεῶν φησιν ἐκκόψαι τὸν Θησέα, τὴν δίωξιν ἀφαιρούμενον.

Δίὰ erat inſula ante Cretam, Baccho ſacra, quae álio nomine Naxos dicebatur. v. *Euſtath.* l. l. it. *Callimach.* ap. *Schol. Apollon.* 4, 426. et interpp. *Hygin.* fab. 43. συντόμως eſt ſtatim. Sic *Machon.* ap. *Athenae.* 8, p. 349. A.

--- κυάθους πολλοὺς λαβὼν
τῷ δ' ἡλίῳ τὴν κύλικα δείξας, συντόμως
πιὼν ἐκάθευδε.

Coronam Ariadnes in ſidera relatam memorant multi, v. c. *Diodor. Sic.* 4, 61. *Ouid.* faſtt. 5, 345. ſq. *Hygin.* Poet. aſtron. 2, 5. etc. Quid vero de talibus fictionibus ſtatuendum ſit, *Achillis Tatii* verbis iam ſupra declaraui ad fragm. XXX.

LX.

Schol. Pindar. Nem. 5, 89. Φερεκύδης ἡνίοχον τὸν Φόρβαντα, φησὶ, Θησέως. σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει.

Alii Phorbantem dixerant Theſei magiſtrum. v. *Schol.* l. l. Quis vero fuerit hic Phorbas, non conſtat. Ap. *Pauſ.* 6, 19. p. 500. eſt Phorbas quidam archon Athenienſium perpetuus. Sed hunc

nullo modo intelligi poſſe, facile quemque docet temporum ratio. Quae autem fuerit illa Amazon ex mente Pherecydis, diſcimus e *Plutarcho* T. I. p. 12. A. de quo loco iam dictum eſt in *Hellanico* p. 7. et 117. nempe Antiope.

LXI.

De vxoribus Theſei locus claſſicus eſt ap. *Athenaeum* 13, p. 557. A. Ἴστρος ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἐξ ἔρωτος γεγενῆσθαι, τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ' ἐκ νομίμων γάμων. ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην. καὶ τὰς Κερκύονος, καὶ Σίνιδος θυγατέρας. νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, τὴν Αἴαντος μητέρα, γυναῖκα· Ἡσίοδος δέ φησιν καὶ Ἵππην καὶ Αἴγλην, δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. Φερεκύδης δὲ προστίθησι καὶ Φερέβοιαν.

De hac Phereboea nihil mihi conſtat.

Iam ponam eas Pherecydeae hiſtoriae reliquias, quarum nihil ſimile habet Apollodorus.

LXII.

Schol. Apollon. 1, 831. et ex eo *Phauorin.* in v. Αἰγαῖον πέλαγος· Αἰγαῖος γὰρ οὗτος ὁ θεὸς (Neptunus) προσαγορεύεται, ὥς φησι Φερεκύδης.

Quidam ap. *Cellar.* notit. orb. antiq. T. I. p. 829. πέλαγος Αἰγαῖον interpretantur *mare undoſum*

ſum, quia, auctore *Heſychio*, a Doribus αἴγες vocantur fluctus. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 135. Αἰγαῖον τὸ πέλαγος ἐκλήθη, ὅτι δίκην αἰγὸς ἀλμάτων κυματοῦται. cf. ad v. 402. Ab hac ſententia fortaſſis non alienus fuit Pherecydes. Neptunus enim Αἰγαῖος poteſt eſſe fluctuum ſ. vndarum auctor ac dominus. In praecedentibus vero haec ſcripſit *Schol. Apollon.* τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. Ὅμηρος (Il. Θ, 203.)· οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς. v. *Plin.* H. N. 4, 11. Manifeſtum eſt, hic Aegas Achaiae eſſe intelligendas. Et ſane haec ratio non videtur ſpernenda. Certe *Pauſ.* 7, 25. p. 590. eundem *Homeri* locum affert, his verbis adiectis: δῆλον ὡς γέρα τοῦ Ποσειδῶνος ἐπίσης ἔν τε Ἑλίκῃ καὶ ἐν ταῖς Αἰγαῖς ἔχοντος. Sed *Strabo* 8, p. 386. C. laudauit alium poetae locum ex Il. ν, 21. vbi Αἰγαὶς in Euboea ſitas accipere mauult, ἀφ' ὧν εἰκὸς καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον κληθῆναι.

LXIII.

Euſtath. ad *Hom.* Il. ζ, p. 648, 36. Δάειραν Φερεκύδης ἱστορεῖ Στυγὸς ἀδελφήν, καὶ ἔοικε φησὶν οὕτως ἔχειν. ἐπὶ γὰρ ὑγρᾶς οὐσίας τάττουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν Δάειραν. διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσι. ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ, οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια. καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι αὐτὴν ὅσιον.

Daira recte potuit a Pherecyde ſoror Stygis vocari. Vt enim Styx ap. *Heſiodum* (theog. 361.), ita Daira ap. *Pauſ.* 1, 38. p. 93. eſt filia Oceani, quo loco eadem e quorundam ſententia dicitur Mercurio peperiſſe Eleuſinem heroem, a quo vrbs

nomen traxit. Pro φησὶν fortaſſis legi poſſit φύσιν, vt ſenſus ſit: et videtur ſane hoc cum rei natura conſentire. *Valeſius* ad *Harpocrat.* p. 17. legit ſimpliciter: καὶ ἔοικεν οὕτ. ἔχ. Idem vir doctus oſtendit, Dairae nomine ab aliis appellari Proſerpinam, ab aliis Iunonem.

LXIIII.

Heſych. et ex eo *Phau.* Εὔρυμας, Ὠλένιος τὸ γένος, διάβολος δέ· ὅθεν ἀνηρέθη ὑπὸ Πολυδεύκους. κεῖται ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Nihil mihi conſtat de hoc Euryma. Videtur idem eſſe qui Eurymnus, de quo in ſtromateo verſuum prouerbialium, quem *Andr. Schottus* collectioni adagiorum ab ipſo editae addidit, v. 255. haec leguntur:

Εὔρυμνος· μοχθηρὸς ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολόν ἐστι. Scilicet, vt recte explicaſſe videtur *Eraſmus* chill. 4, 2, 6. Eurymnus dictus eſt prouerbio, qui per calumniam conaretur fidos amicos inter ſeſe committere. Nam hic cum moliretur ſerere diſſidium inter Caſtorem et Pollucem, alterum apud alterum inſimulans, poſt deprehenſus, vtrique grauiſſimas poenas dedit.

LXV.

Phau. Ἄρυπες, Φερεκύδης· λέγονται δὲ οἱ Ἀχαιοὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ, Ἄρυπες.

Plenius rem tradit *Etymol. M.* Ἄρυπες, Φερεκύδης, ἀντὶ τοῦ Ῥύπες. πρόδηλον τὸ εἰρημένον. Ῥύπες γὰρ λέγονται οἱ Ἀχαιοί. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ᾱ, Ἄρυπες.

Scil.

Scil. Ῥύπαι, quae eadem Ῥύπες vocabatur (v. *Steph. Byz.* in h. v. et *Strab.* 9, p. 385. D. Ap. *Pauſ.* 7, 6. init. male ſcriptum eſt Ῥίπες), erat vnum ex illis duodecim oppidis, quae poſt Ionum migrationem Achaei ſorte inter ſe diuiſerunt et incoluerunt. cf. *Herodot.* 1, 145. Vrbis huius rudera memorat *Pauſ.* 7, 23. p. 582. Imperator enim Auguſtus Ἀχαιοὺς τοὺς ἐκ Ῥυπῶν, καταβαλὼν ἐς ἔδαφος Ῥύπας, in oppido Patris habitare iuſſerat. vid. c. 18. p. 569. Rhypes igitur ſ. Rhypenſes erant populus Achaiae, neque ſic, niſi forte a poetis, appellati putandi ſunt omnes Achaei. Pleonaſmum illum litterae ᾱ etiam in aliis vocabulis videmus. Sic *Athenaeus* 2, p. 47. A. τὸ ἄνηστις, inquit, ἤτοι νῆστις, πλεοναζομῶ τοῦ ᾱ, ὡς σταχυς, ἄσταχυς.

LXVI.

Steph. Byz. Ἀλόπη, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἀλόπης τῆς Κερκύονος, ὡς Φερεκύδης. --- ἔστι δὲ μεταξὺ Λαρίσσης τῆς Κρεμαστῆς, καὶ Ἐχίνου.

De Cercyone, Alopes patre, dixi ad *Hellanic.* fragm. XVII. vbi addere debebam, *Choerili* locum a *Pauſania* 1, 14. p. 34. deſumtum fuiſſe e dramate, quod Alopes nomine inſcripſerat. E quo patet, quam celebris olim illa fuerit. Dicitur pater ipſe filiam interfeciſſe, poſtquam peperiſſet Hippothoontem in agro Eleuſinio. v. *Pauſ.* 1, 39. Vix igitur intelligi poteſt, quomodo ab hac Attica femina denominari potuerit oppidum Theſſaliae, cuius etiam *Strabo* meminit 9, p. 427. B. et p. 432. D. vbi illud ſuis quidem temporibus ad Phthiotidem referri ait, ſed olim ad Locridem pertinuiſſe. cf. *Apollon.* 1, 51. vbi Schol. Magneſiae tribuit.

LXVII.

Steph. Byz. Διόπη, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Φερεκύδης.

LXVIII.

Steph. Byz. Φρίξα, πόλις. ἡ δὲ Φρίξα κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ. Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει.

Phrixa nec a *Pauſ.* 6, 21. p. 507. vbi ruderum eius mentionem facit, ponitur in Arcadia, ſed in Elide.

LXVIIII.

Schol. Apollon. 3, 62. Φερεκύδης· Αἴτωνος (υἱὸς Ἰξίων). φησὶ δὲ ὡς γαμήσας Δίαν τὴν Ἠϊονέως θυγατέρα, πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν δῶρα. ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἠϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας, σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῇ. ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἠϊονεὺς ἀπόλλυται. λύσσα δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων. πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. ἐλεήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει, καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ, παρακοιμίζει αὐτῷ. καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκυκλον τροχὸν, καὶ δεσμεύσας αὐτὸν, τιμωρεῖται.

De parentibus Ixionis quanta ſit ſententiarum diuerſitas, oſtendit locus *Schol. Pindar.* Pyth. 2, 40. τὸν Ἰξίονα οἱ μὲν Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος. Φερεκύδης δὲ, Πεισίωνος. ἔνιοι δὲ, Ἄρεος. οἱ δὲ, Φλεγύα. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν τραγῳδουμένων οὕτω γράφει. προσιστορεῖσι δὲ ἔνιοι, ὡς καὶ μανείη ὁ Ἰξίων, ὡς καὶ Φερεκύδης. καὶ τὴν ἐπὶ

ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δὲ κόλασιν αὐτῷ παρεγκεχειρήκασιν. ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυέλλων αὐτὸν ἐξαρπασθέντα φθαρῆναί φασιν. in quo quidem loco illud maxime mirum eſt, quod Ixionem Pherecydes dicitur feciſſe Piſionis filium, non, vt ap. *Schol. Apollon.* eſt, Aetonis. Non potuit ipſius Pherecydis hic error eſſe, ſed ſit haud dubie alteriusutrius Scholiaſtae, qui patrem Ixionis cum auo confuderit. Poſſis etiam librariorum negligentiam accuſare, ſaltem de nomine Αἴτωνος ipſo. Et mihi quidem videtur lacuna eſſe in *Schol. Apollon.* cuius librarius ſcribere debebat: οἱ δὲ Ἀντίωνος γενεαλογοῦσιν, Φερεκύδης δὲ Πεισίωνος. Phlegyae, Lapitharum regis, filius dicebatur ab *Euripide*, in fabula Ixione, vt videtur. Verba ſunt ap. *Schol. Apollon.* Quae de Dia, Eionei vel potius Deionei (quanquam illud nomen vel ex *Homer.* Il. η, 11. notum eſt. vid. ad fragm. XVIII.) filia narrauit Pherecydes, ea *Hyginus* quoque habet fab. 155. vbi v. interpp.

πυρακτοῦν nil poteſt eſſe niſi igni vel candentibus carbonibus implere. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 63. habet πεπυρακτωμένας δρῦς, et 272. τὸ πεπυρακτωμένον σίδηρον. Proprie eſt in igni verſare, amburere, vt in priori *Tzetzae* loco et ap. *Arrian.* Ind. 4, 14. Amoris Ixionis in Iunonem, et mutatae in Iunonem nubis, e qua Ixion Centauros genuerit, meminere multi, v. c. *Pindarus* Pyth. 2, 49. ſqq. *Palaephatus* c. 1. De rota itidem conſentit *Pindarus* v. 73. ſqq. eiusque *Schol.* ad Olymp. α, 97. Fabulam de hac poena magis deinde exornarunt poetae, dum Ixionem rotae huic anguibus illigatum finxere. v. *Virgil.* Ge. 3, 38. vbi tamen pro *angues* alii legunt *orbes*. Aliter idem Aen. 6, 601. ſqq.

LXX.

LXX.

Schol. Pindar. Isthm. 1, 79. τὸν Μινύαν οἱ μὲν Ὀρχομενοῦ γενεαλογοῦσιν, ὡς Φερεκύδης, ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν τὸν Ὀρχομενὸν, Μινύου. ἔνιοι δὲ ἀμφοτέρους Ἐτεοκλέους γενεαλογοῦσι.

Praeter has diuersitates possent aliae multae afferri, natae e confusis inter se Minyis Boeoticis et Thessalicis, quorum hi ab illis orti erant. Nam *Schol. Apollon.* 3, 1093. Minyam, Orchomeni conditorem, dicit fuisse filium Neptuni e Chrysogone, quam *Paus.* 9, 36. p. 783. Chrysogeniam vocat, quae patrem habuit Almum, Sisyphi filium, nepotem Aeoli. Sed idem alio loco (1, 230.) tradit genealogiam hanc: Orchomenus, a quo oppidum Orchomenus nomen habet, natus est Ioue et Hesione, Danai filia. Hic Orchomenus vxorem habuit Hermippen, Boeoti filiam. Cum hac rem habuit Neptunus. Ergo Minyas, quem Hermippe peperit, potuit recte et Neptuni et Orchomeni filius putari. Minyas duas habuit vxores, alteram Clytodoram, e qua suscepit Presbonem, Periclymenen et Eteoclymenen, alteram Phanosyram, Paeonis filiam, quae peperit Orchomenum, Diochthondem et Athamantem. Itaque in priori huius Scholiastae loco de Boeotico Minya agi puto, in altero de Thessalico. cf. ad *Hellanic.* fragm. XLVIII. et *Paus.* l. l. qui in eo discedit a *Schol. Apollon.* et a Pherecyde, quod Minyam vocat Chrysis filium, Chrysen autem filium Neptuni e Chrysogenia, filia Almi, qui patre vsus est Sisypho. Sciremus fortassis plura et certiora de rebus Orchomeniorum, si supereset *Callippi Corinthii* συγγραφὴ εἰς Ὀρχομενίους, quam *Paus.* laudat 9, 29.

LXXI.

LXXI.

Schol. Sophocl. Oedip. Tyr. 785. Φερεκύδης φησὶ Μέδουσαν εἶναι τὴν Πολύβου γυναῖκα, θυγατέρα δὲ Ὀρσιλόχου τοῦ ἀδελφειοῦ.

Polybus erat rex Corinthiorum (v. *Apollod.* 3, 5, 7.). Mercurii filius e Clithonophyle, Sicyonis filia, dicitur a *Pauſan.* 2, 6. p. 125. Vxorem eius *Apollodorus* l. l. vocat Periboeam, *Sophocles* l. l. et *Seneca* Oedip. 802. Meropen. Quae tradendi diuerſitas vel ex eo videtur nata eſſe, quod Polybus plures fortaſſis vxores habuit, vel inde, quod hoc argumentum valde celebratum eſt a poetis, qui ſuam quisque, quam acceperant, famam, ſuumque ingenium ſecuti videntur. In eo tamen omnes conueniunt, ad Polybi vxorem perlatum fuiſſe a bubulcis et ab illa educatum Oedipum infantem, quem Laius pater, rex Thebarum in Boeotia, certior factus ab oraculo, fore vt filius, qui ipſi naſceretur, matrem aliquando occideret, exponi iuſſerat in monte Cithaerone. Orſilochus fuit frater Polybi, ſi recte habet lectio ἀδελφειοῦ, nec ἀδελφιδοῦ legendum eſt.

LXXII.

Schol. Homer. Odyſſ. λ, 325. Μαῖρα ἡ Προίτου τοῦ Θερσάνδρου θυγάτης καὶ Ἀντείας τῆς Ἀμφιάναικτος, ἐγένετο κάλλει διαπρεπεστάτη. ἡγουμένη δὲ περὶ πλείονος τὴν παρθενίαν, εἵπετο τῇ Ἀρτέμιδι ἐπὶ τὰ κυνηγέσια. ταύτης ἐρασθεὶς Ζεὺς ἀφικνεῖται ὡς αὐτὴν, καὶ λανθάνων διαφθείρει. ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη τίκτει Λοκρὸν τὸ ὄνομα παῖδα, ὃς Θήβας μετ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου οἰκίζει. τὴν δὲ Μαῖραν λέγεται τοξευθῆναι ὑπὸ Ἀρτέμιδος, διὰ τὸ μηκέτι

μηκέτι παραγίνεσθαι εἰς τὰ κυνηγέσια. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ.

Etſi *Apollod.* 2, 2, 1. hunc Proetum dicit non diuerſum eſſe ab Abantis filio, Lyncei nepote, de quo v. fragm. XXVI. qui e quorundam ſententia Iobatae, ſecundum alios Amphianactis filiam vxorem duxerit, quae ab *Homero* (Il. ζ, 160.) Antea, a tragicis Stheneboea vocetur (cf. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 17.): tamen ex hac ipſa narrationis diuerſitate intelligitur, hos duo Proetos diſtinguendos eſſe et a tragicis ac *Apollodoro* male confuſos. *Pauſ.* 10, 30. p. 872. clarum facit discrimen. Vbi enim pictum aliquod Maerae ſimulacrum commemorauit, addit haec: περὶ δὲ αὐτῆς πεποιημένα ἔστιν ἐν Νόστοις, ἀπελθεῖν μὲν παρθένον ἔτι ἐξ ἀνθρώπων (*Euſtath.* ad Odyſſ. λ, p. 1688, 64. ἕτεροι παρθένον φασὶ τὴν Μαῖραν ἀποθανεῖν) θυγατέρα δὲ αὐτὴν εἶναι Προίτου τοῦ Θερσάνδρου, τὸν δὲ εἶναι Σισύφου. cf. 9, 34. p. 779. it. 2, 4. p. 120. vbi Therſander diſerte dicitur frater Glauci, qui genuit Bellerophontem. Hic vero Anteae fraude a Proeto pulſus fuit Argis. v. *Hom.* Il. ζ, 155. ſqq. *Horat.* 3, od. 7, 13. ſqq. De iis, quae deinde ſequuntur, nil compertum habebam.

LXXIII.

Schol. Apollon. 1, 645. Φερεκύδης φησὶν, ὅτι δῶρον εἶχε παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Αἰθαλίδης, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ποτὲ μὲν εἰς ᾅδου, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν τόποις εἶναι.

Valde celebratus fuit hic Aethalides per narrationem illam, quae traditur a ſcriptoribus, inprimis Pythagoricis, ita vt nec *Heraclides Ponticus* ap.

ap. *Diog. Laert.* 8, 4. eam reddere dubitaret. Taceo poetas, *Horat.* 1, od. 28, 10. *Ouid.* met. 15, 160. ſqq. et alios. Nempe Pythagoras, vtpote metempſychoſeos dogma amplexus, iam ſaepe ſe in hac terra vixiſſe, et cum aliorum, tum huius quoque Aethalidis perſonam geſſiſſe iactauit. Aethalides autem, vt ex ipſo *Apollonio* videmus, fuit filius Apollinis et praeco, inſigni memoria praeditus, et comes Argonautarum, quos vt Hypſipyle, Thoantis filia, regina Lemni, exciperet, ille inprimis blanda ſua facundia effecit. (v. *Ouid.* heroidd. 6.) *Hyginus* fab. 14. vocat eum filium Mercurii ex Eupolemia, Myrmidonis filia. Tempore belli Troiani reuiuiſcens Aethalides, fiebat Euphorbus, Panthi filius, (v. *Hom.* Il. ϱ, 9. ſqq.) a Menelao deinde occiſus. v. Il. ϱ, 46. ſqq. Vnde *Tatianus* orat. contr. Graec. p. 265. B. Πυθαγόρας, inquit, Εὔφορβος γεγενῆσθαι φησὶν. Sed *Heraclide* auctore l. l. Pythagoras dicebat, poſt mortem Aethalidis ſe factum fuiſſe Hermotimum, tum Pyrrhum, piſcatorem Delium, tandemque Pythagoram. Alii aliter.

LXXIIII.

Tzetz. ad *Lycophr.* 570. Φερεκύδης φησὶν, ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους πρὸς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει ναυστολήσαι ἐπὶ τὴν Ἴλιον, καὶ πορθῆσαι αὐτήν. χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη, Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ. ὑπέσχετο δὲ αὐτοῖς, καὶ ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι.

Phauorin. in v. Ῥοιώ· Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι, Ἴνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους εἰς αὐτὸν

τὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει πορθῆσαι τὴν Ἴλιον.

In *Tzetza* verum nomen eſt, Ἄνιος. Nam Ἴνιος ap. *Phau.* deſcriptoris incuriae debet tribui. Anius, rex inſulae Deli, fuit filius Apollinis ex Rhoeo, Staphyli et Chryſothemidis filia, quae tamen ap. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 18. dicitur filia Scamandri, mater Tithoni, et in *Tzetzae* chiliadd. 7. 080. vxor Aeſonis, mater Iaſonis. De Anio vid. *Dionyſ. Halic.* archaeol. 1, 50. p. 125. ed. *Reisk.* *Diodor. Sic.* 5, 62. it. *Virg.* Aen. 3, 80. *Ouid.* metamm. 13, 632. ſqq.

LXXV.

Schol. Pindar. Pyth. 11, 25. de Oreſtis nutrice: Φερεκύδης Λαοδάμειαν λέγων αὐτὴν, τὸν ταύτης φησὶ παῖδα ἀνηρῆσθαι ὑπὸ Αἰγίσθου, νομιζόμενον Ὀρέστην εἶναι. τὸν δὲ Ὀρέστην ἐκκλαπέντα, εἶναι τριῶν ἐτῶν, ὡς Ἡρόδωρος ἐν Πελοπείᾳ.

Pindarus Oreſtis nutricem vocat Arſinoen. *Sophocles* Electr. 12. videtur Electrae, Oreſtis ſorori, tribuere conſeruationem fraterculi. *Seneca* certe id manifeſte facit, Agam. 929. ſqq. Sed haec omnia quam parum inter ſe differant, facile cuique patet. Genus vtriusque nutricis ignoratur.

LXXVI.

Schol. Eurip. Oreſt. 1645. Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν (Oreſtem) δηχθέντα ἐν Παρράσιῳ

φασίω τελευτῆσαι. ὁ δὲ Φερεκύδης, ὅτι καὶ ἔπειτα τὸν Ὀρέστην αἱ Ἐριννύες διώκουσιν. ὁ δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ἵζει ἱκέτης πρὸς τῷ βωμῷ. αἱ δὲ Ἐριννύες ἔρχονται ἐπ' αὐτὸν, θέλουσαι ἀποκτεῖναι, καὶ ἐρύκει αὐτὰς ἡ Ἄρτεμις. ἐξ οὗ καὶ ἡ πόλις αὕτη Ὀρέστειον καλεῖται, ἀπὸ Ὀρέστου.

